ASTRONOMIE-rara

Almagestu[m] Cl. Ptolemei Pheludiensis Alexandrini Astronomo[rum] principis

Ptolemaeus, Claudius

Venetiae, 1515

Almagestū CL. Ptolemei

Pheludiensis Alexandrini Astronomoꝝ principis: Opus ingens ac nobile omnes Celorū motus continens. Felicibus Astris eat in lucē: Ductu Petri Liechtenstein Coloniēsis Germani. Anno Uirginei Partus. 1515. Die. 10. Ja. Venetijs ex officina eiusdem litteraria.

* * *

Cum priuilegio.

Petrus Liechtenstein Coloniensis Germanus Omnibus Studiosis Astronomie. S. P. D.

Manibus complaudite ꝙ temporibus nostris thesaurus totius Astronomie repertus est: qui multis annis in tenebris latuit. Quem mira indagine ⁊ incredibili labore ingenio ac sumptibus inscribendo. limitando ex corruptis antiquis exemplaribus perquisiui: ex diuersis climatibus orbis. Ad laudem gloriam ⁊ honorem eterni Dei creatoris omnium rerum. Sic itaq; celum sidera ⁊ omnes motus eorum tam mirabilia atq; magnalia gesta Dei perscrutantes: melius poterimus ipsum sūmum bonum Deū creatorem ⁊ redemptorem ac benignum Patrem omnium contemplari: ⁊ precepta eius diligenter obseruare: vt ad ipsum tandem reuerti possimus: atq; supremū pulcherrimum ascendere Celum ac sidera. Et in obitu omnium nostrorū vnumquēq; feliciter scrutari. Hec est dies delectabilis. Dies quem fecit Dominus. Exultemus et letemur in ea. Itaq; ad cōmune bonum ac vtilitatem hominum in lucem siue in publicum duxi hoc preclarū ingens ac nobile opus Almagesti: vt vnusquisq; pro voluntate sua paruo ere ipsum habere possit. Id fideliori melioriq; modo collegi: quanta mihi virtus ⁊ facultas a Deo concessa fuit. Valete omnes sideralis scientie cultores. Ex officina nostra litteraria. Anno Christi siderum conditoris. 1515. Die. 10. Januarij Venetijs.

Tabula

Tabula capitulorū siue rubricarū totius operis cum numero foliorum: quam cōmoditatis gratia conscripsi. Fausto sidere incipit.

Capita. 14. Dictionis prime. 1

1 De scientie Astronomie ad alias excellentia: ⁊ finis eius vtilitate. folio 1
2 De ordinibus modorum huius scientie. fol. 2
3 Quo scitur ꝙ celum sit sphericum: ⁊ motus eius circularis. 2
4 De eo quod indicat ꝙ terra sit spherica. 3
5 De eo qđ indicat ꝙ terra sit in medio celi. 3
6 De eo qđ indicat ꝙ terra sit vt punctū apud celū. 4
7 De eo quod indicat ꝙ terra motū localē nō hēat. 4
8 Quo declaratur ꝙ primi motus qui sunt in celo sunt duo. 4
9 De scientia quātitatis chordarū partium circuli. 5
10 Quomodo tabule chordarū partium circuli fiāt. 6
11 De positione arcuum ⁊ chordarū eorū in tabulis. 7
12 De arte instrumēti: quo scitur quātitas arcus qui est inter duos tropicos. 9
13 De scientia quantitatum arcuum qui sunt inter orbē equationis diei: ⁊ orbem medij signorū qui sunt declinationis. 10
14 De scientia quantitatis arcuū equationis diei: qui eleuantur in sphera directa cum arcubus orbis signorum datis. 11

Capita. 13. Dictionis secūde. 2

1 De scientia habitabilium terre. 11
2 Qualiter sciantur quantitates arcuum circuli horizontis: qui sunt iter orbem equationis diei ⁊ orbem decliuem propter quantitatem diei longioris cū fuerit datus: ⁊ econuerso. 12
3 Qualiter sciatur altitudo poli propter hos arcus cum ponuntur: ⁊ propter quantitatem diei longioris cū fuerit datus: ⁊ econuerso. 12
4 Quo sciuntur prouincie in quibus sol transit supra summitatem capitum illas inhabitantium: ⁊ quando: et quotiens fit illud. 12
5 Qualiter sciantur proportiones instrumentorum ad vmbras suas in equalitate diei: ⁊ in duobus tropicis: in medietatibus dierum: per quedam predicta: cum fuerint data. 13
6 De modo ꝓprietatū linearum orbium equidistantiū orbi equationis diei. 13
7 De scientia partium orbis equationis diei: que eleuantur cū partibus orbis signorū: in sphera decliui. 15
8 De modo positionis tabularū eius qđ eleuat̄ de orbe equatiōis diei cū omnibus decem partibus orbis signorum in locis orbium equidistantiū. 17
9 De diuisione eorum que sequūtur scientiā eleuationū: ⁊ preparatione eorum. 19
10 De scientia angulorum prouenientiū inter orbē signorum decliuem ⁊ orbem meridiei. 19
11 De scientia angulorū prouenientiū ex concursu orbis decliuis cum orbe horizontis. 20
12 De scientia angulorum prouenientium inter orbem signorum ⁊ orbem descriptum supra duos polos horizontis. 21
13 De positione tabularū arcuum ⁊ angulorū quos narrauimus in orbibus equidistantibus. 22

Capita. 10. Dictionis tertie. 3

1 De scientia quātitatis lōgitudinis anni ⁊ numero eiemeye. i. dierum eius. 26
2 De positione tabularum motus solis medij. 28
3 De sciētia modorū motus reuolubilis cōueniētis. 29
4 De scientia eorū que apparent ex diuersitate motus solis in aspectu ⁊ visione. 31
5 De inquisitionibus particularibus ex diuersitate. 32
6 De diuisione tabularum portionum particularium diuersitatis. 33
7 De positione tabularum motus solis diuersi. 33
8 De sciētia loci solis in quo est ꝑ motū ei⁹ mediū. 33

Residuum tabule

9 De cõputatiõe solis ⁊ sciẽtia certitudinis loci ei⁹. 34
10 De cognitione differentie. scilicet que est inter dieȝ Jomin vnum ⁊ noctem eius: ⁊ diem Jomin alterum ⁊ noctem suam. 34

¶ Capita. 11. Dictionis quarte. 4

1 Ex quibus consideration ibus opoꝛtuit esse inuestigationem lune. 35
2 De scientia tempoꝛum reuolutionum lune. 36
3 De particularibus motibus medijs. 37
4 De artificio tabularum motuum lune medioꝛum. 37
5 De hoc ꝙ duo modi: scilicet modus oꝛbis centri egredientis et oꝛbis reuolutionis in motibus lune significant rem vnam. 40
6 De demonstratiõe diuersitatis lune ꝑme simplicis. 40
7 De equatione medij cursus lune in longitudine ⁊ medij cursus eius in diuersitate. 43
8 De scientia loci lune ex motu eius medio in longitudine ⁊ diuersitate. 43
9 De scientia equandi reuo lutiones lune medias in latitudine ⁊ loca eius. 44
10 De descriptiõe tabularum diuersitatis lune ꝑme simplicis. 45
11 Qꝛ quantitas diuersitatis lune non est propter diuersitatem hoꝛum duoꝛum modoꝝ: sed propter diuersitatẽ nũeratiõis ⁊ erroꝛis in sermone Abꝛachis. 45

¶ Capita. 19. Dictionis quinte. 5

1 De artificio instrumenti armillarum quo considerantur stelle: ⁊ sciuntur loca earum in longitudine ⁊ latitudine. 46
2 De scientia modi diuersitatis lune duplicis. 47
3 De scientia quantitatis diuersitatis lune que est propter solem. 48
4 De scientia pꝛopoꝛtionis que est inter duo centra: scilicet inter centruȝ oꝛbis ecentrici lune: ⁊ inter centrũ oꝛbis signoꝛum. 48
5 De scientia declinationis oꝛbis lune reuoluentis: ⁊ inclinationis eius in duabus partibus. 48
6 De scientia accipiendi cursum lune verum ex motibus reuolutionum per lineas mensurabiles. 50
7 De positione tabulaꝝ diuersitatis lune vniuersalis. 50
8 De positiõe tabularũ diuersitatis lune vniuersalis. 51
9 De sciẽtia nũeratiõis diuersitatis lune vniuersalis. 52
10 Jn quo ostenditur ꝙ in applicationibus lune: scilicet oppositione ⁊ coniunctione non erit diuersitas que est pꝛopter oꝛbem centri egredientis magne quantitatis. 52
11 De scientia diuersitatis aspectuum lune. 53
12 De artificio instrumenti: quo scitur quãtitas diuersitatis aspectus lune. 53
13 De demonstrationibus longitudinum lune. 54
14 De scientia eoꝛum que videntur ex coniunctiõe ⁊ oppositione de quantitatibus diametroꝛum Solis et Lune ⁊ Umbꝛe. 55
15 De scientia vmbꝛe terre: ⁊ longitudinis solis: ⁊ eoꝛum que declarantur cũ eis pꝛopter lõgitudinẽ lune. 55
16 De scientia magnitudinis coꝛpoꝛum solis ⁊ lune et terre. 56
17 De scientia diuisionis diuersitatis aspectus que est solis ⁊ lune. 56
18 De positione tabularum diuersitatis aspectus. 58
19 De cognitione equandi diuersitates aspectuũ ⁊ equatione earum. 58

¶ Capita. 13. Dictionis sexte. 6

1 De coniũctiõibus ⁊ impletiõibus lunarib⁹ medijs. 60
2 De aptatione differentiarum tabularum applicationũ mediarum. 60
3 De positione differentiarum tabularum. 61
4 Qualiter opoꝛteat vt fit perscrutatio applicationum verarum ⁊ habentium reuolutiones. 63
5 De terminis eclypsium que sunt solis ⁊ lune. 63
6 De longitudine que est inter menses eclypticos. 64
7 De artificio lineationis tabularum eclypticarum. 66
8 De lineatione tabularum eclypticarũ Solis ⁊ lune. 68
9 De cognitione Eclypsium lunarium. 69
10 De cognitione eclypsium Solarium. 70
11 De declinatione ⁊ inclinationibus que sunt in Eclypsibus. 71
12 De descriptione tabularum que sunt declinationis et inclinationum. 72
13 De cognitione declinationis ⁊ inclinationum. 72

¶ Capita. 5. Dictionis septime. 7

1 De hoc ꝙ longitudo stellarum fixarum que est inter quasdam ⁊ quasdam alias: est longitudo vna semper: ⁊ quod ipse comitantur pꝛopꝛietates locoꝛum suoꝛum. 73
2 De hoc quod sphere stellarum fixaruȝ inest motus ad partem successionis signoꝛum. 74
3 De hoc quod motus stellarum fixarum ad successionem signoꝛum non est nisi super duos polos oꝛbis medij signoꝛum. 74
4 De modo disponendi tabulas stellarum fixarum. 77
5 De firmatione stellarum fixarum in medietate sphere septẽtrionali: ⁊ positione earuȝ in tabulis. 77

¶ Capita. 6. Dictionis octaue. 8

1 Descriptio stellarum que sunt in medietate sphere meridiana. 83
2 De modo oꝛbis lactei nominati maiarati: id est area que mouetur. 89
3 Jn scientia artificij sphere coꝛpoꝛalis. 90
4 Jn pꝛopꝛietatibus figurarum que sunt stellarum fixarum. 91
5 De eleuatione stellarum fixarum ⁊ mediatione earum celi: ⁊ occasu earum cum eo quod coniungitur eis de tempoꝛibus oꝛbis equationis diei ⁊ tempoꝛibus oꝛbis signoꝛum. 92
6 Jn apparitione stellarum ⁊ occultatione earum. 92

¶ Capita. 11. Dictionis none. 9

1 De oꝛdinibus spherarum solis ⁊ lune ⁊ quinꝙ stellarum retrogradarum. 93
2 Jn equatione de pꝛemissione modoꝝ diuersitatis stellarum quinꝙ retrogradarum. 93
3 De reditionibus reuolubilibus que sunt stellarũ q̃nꝙ retrogradarum. 94
4 Jn positione differentiarum tabularum motuum medioꝛum que sunt quinꝙ stellarum erraticarũ in longitudie ⁊ diuersitate. 95
5 De his quoꝝ pꝛemissio est necessaria in modis quinꝙ stellarum erraticarum. 103
6 Jn declaratiõe diuersitatis secũdũ duos modos. 103
7 Jn scientia longitudinis longioꝛis que est stelle Mercurij ⁊ motus eius localis. 104

8 In demonstratione ꝙ mercurius est in longitudine ꝑpinquiore in reuolutiõe vna duabus vicibus. 105
9 In scientia proportionis quãtitatis magnitudinis diuersitatum Mercurij. 106
10 In equatione motuum reuolutionuȝ mercurij. 107
11 In positione motuum mercurij qui sunt reuolutionuȝ eius. 108

Capita. 10. Dictionis decime. 10

1 In declaratione longitudinis longioris stelle Veneris. 109
2 In quãtitate orbis reuolutionis stelle Veneris. 109
3 In scientia proportionum egressionis orbis egrediẽtis centri que est stelle Veneris a centro. 110
4 In verificatione reuolutionum motuũ Veneris. 110
5 De loco reuolutionum motuum stelle veneris. 112
6 In eo quod necessarium est vt premittatur ⁊ sciatur in demõstrationibus que sunt in aliis stellis. 112
7 In ostensione summe egressionis stelle martis a cẽtro ⁊ longitudinis eius longioris. 112
8 In declaratione quantitatis orbis reuolutionis martis. 116
9 In verificatione reuolutionum motuuȝ martis. 116
10 In radice siue in loco motuum stelle Martis reuolubilium. 117

Capita. 12. Dictionis vndecime. 11

1 In declaratione egressionis a centro Jouis: ⁊ longitudinis eius longoris. 118
2 In ostensione quantitatis orbis reuolutionis stelle Jouis. 121
3 In verificatiõe motuũ reuolubiliũ stelle Jouis. 121
4 In descriptione radicis motuum eiusdeȝ stelle Jouis reuolubilium. 122
5 In declaratione egressionis a centro stelle Saturni et longitudinis eius longioris. 122
6 In declaratione quantitatis orbis reuolutionis stelle Saturni. 125
7 In verificatione motuum stelle Saturni reuolubilium. 126
8 In descriptione radicis motuum stelle Saturni reuolubilium. 127
9 Qualiter proueniant cursus veri propter motus reuolubiles secundum semitas linearum. 127
10 In modo faciendi tabulas diuersitatis stellaruȝ. 127
11 In descriptione tabularum equationis quinqȝ stellarum erraticarum in longitudine. 128
12 In numeratione motus localis stellarum quinqȝ erraticarum in longitudine. 131

Capita. 9. Dictionis duodecime. 12

1 In eo quod necessario premittendum est ad sciendam antecessionem siue precessionem stellaruȝ quinqȝ erraticarum. 131
2 In declaratione antecessionis Saturni. 133
3 In declaratione antecessionis Jouis. 134
4 In demonstratione antecessionis Martis. 135
5 In declaratione antecessionis stelle Veneris. 135
6 In declaratione antecessionis Mercurij. 136
7 In demõstratione faciendi tabulas stationum. 137
8 In positione tabularum stationũ quinqȝ stellaꝝ. 139
9 In declaratione longitudinum maiorum a sole Veneris ⁊ Mercurij. 139

Capita. 11. Dictionis tertiedecime. 13

1 In radicibus secundum quas agitur in cursibus stellarum quinqȝ erraticarum in latitudine. 141
2 In modo secũdum quem currit res in motu haruȝ declinationum ⁊ reflexionum secundum has radices que posite sunt. 141
3 In quãtitate declinationis ⁊ declinationis ⁊ reflexionis ⁊ reflexionis. 142
4 In modo faciendi tabulas cursuum particularium in latitudine. 143
5 In tabulis factis ad sciendum latitudines per eas in omni hora. 149
6 In numeratione motuum stellarum quinqȝ erraticarum in latitudine. 149
7 In apparitionibus stellarum quinqȝ erraticarum: et occultationibus earum. 149
8 In hoc ꝙ illud quod reperitur de proprietatibꝰ in apparitionibus Veneris ⁊ Mercurij ⁊ occultationibus eorum est conueniẽs radicibus que posite sunt eis. 150
9 In radice qua reperiuntur longitudines particulares a Sole in apparitionibus harum stellarum ⁊ occultationibus earum. 151
10 In tabulis factis apparitionibus stellarum quinqȝ erraticarum ⁊ occultationibus earum. 152
11 In consumatione Libri. 152

Errata

Folio. 7. tabula prima chordaꝝ vbi inscriptio est. Pars tricesima sub. m̃ ibi sunt in prima area tres. o. debet esse: vnũ minutũ trina vice positũ. scȝ. m̃. 1. scd̃a. 2. tertia. 50.

Folio. 12. formula prima circa medium: vbi illa linea incipit. e. b. h. ibi circa finẽ illius linee male positum est. dupli ci arcus. e. a. ad chordã duplici arcus. a. t. corrige. duplici arcus. t. a. ad chordã duplici arcus. a. e. aggregatur.

Folio. 61. formula secũda: colũnula secunda numerorum: vbi inscripsio est. Dies mensis thot. corrige. Dies mensis thut. Et sic in alijs duabus colũnulis folio. 62.

Folio. 62. formula prima: colũnula prima numeroruȝ vbi reperitur impssum: Anni expãsi. scribe: Anni collecti.

Folio. 63. formula secũda in principio non bene impressuȝ est. Capitulum decimũquintum: dele illud decimum quia superfluum est positum.

Dubia.

Folio. 27. formula prima circa principium: in linea septima circa finem: positum est: annoꝝ felis: etiam inueni: annorũ felicis: nolui mutare sed iudicio meo debet esse: annorum philippi: infra: in eadẽ formula in linea vigesima quarta que incipit: vna triuȝ milium ⁊ sexcentarum ptiũ: dubito ꝙ esse debet: vna trecẽtarum ⁊ sexaginta partiuȝ. Iterũ infra in linea. 53. reperi: annorum felis: annorũ felicis: vt supradictum est.

Folio. 111. formula prima circa fineȝ in linea que incipit: fuit locus huius stelle in ãno primo annorum Antonij: et ita impressuȝ est in toto Almagesto: tamen in multis exẽplaribus reperi scriptum: anno primo annoꝝ Antonini.

Finis.

¶ CL. Ptolemei Alexandrini Astronomorū princi- pis Almagesti seu Magne ↄstructionis liber: omniū celestiū motuum rationem clarissimis sententijs enu- cleans: fausto sydere incipit. Et primo in eūdē p̄fatio.



Quidam princeps nomine Albuguafe in libro suo (quem Sciētiarum electionem: et verborum nominauit pulchritudinem) dixit: q̄ hic Ptolemeus fuit vir in disciplinarū scientia prepotens: preeminēs alijs. In duabus artibus subtilis: idest Geometria ⁊ Astrologia. Et fecit libros multos. de quorum numero iste est: qui Megasiti dicitur. cuius significatio est Maior perfectus. Quem ad linguam volentes conuertere Arabicā: nominauerunt Almagesti. ¶ Hic autem ortus et educatus fuit in Alexandria maiori terra egypti. Cuius tamē ꝓpago de terra Sem: et de prouincia que dicitur Pheuludia. Qui in Alexandria cursus syderum considerauit instrumentis tempore regis Adriani et aliorum. Et super considerationes quas Abrachis in Rhodo expertus est: opus suum edidit. ¶ Ptolemeus v̓o hic nō fuit vnus regum egypti: qui Ptolemei vocati sunt: sicut quidam estimant: sed Ptolemeus fuit eius nomen: ac si aliquis vocaretur Cosdrohe aut Cesar. ¶ Hic autem in statu moderatus fuit: colore albus: incessu largus: subtiles habens pedes. in maxilla dextra signum habens rubeum. barba eius spissa ⁊ nigra: dentes anteriores habens discoopertos et apertos. Os eius paruum: loquele bone et dulcis: fortis ire: tarde sedabatur: multum spaciabatur et equitabat: parum comedebat: multum ieiunabat: redolentem habens anhelitum: et indumenta nitida. Mortuus est anno vite sue septuagesimooctauo. ¶ Hec sunt de disciplinis et sapientijs Ptolemei huius. ¶ Conueniens est intelligenti pro deo verecundari: cū ea que ei sunt grata cogitat. ¶ Intelligens est qui semper linguam suam refrenat: nisi ad hoc vt de deo loquatur. ¶ Insipiens est qui suiipsius ignorat quantitatem. ¶ Cum aliquis sibi placet: ad hoc deductus est: vt ira dei sit super ipsum. ¶ In bono quod deus operatur: quasi bonitatem largi datoris attendere debes: et in malis aduersis quasi purgationis et eterne remunerationis bonitatem. ¶ Quanto plus fini appropinquas: bonum cum augmento operare. ¶ Hominis disciplina sui intellectus socius est: et apud homines intercessor. ¶ Non fuit mortuus qui scientiam viuificauit. nec fuit pauper qui intellectui dominatus est. ¶ Qui inter sapiētes humilior est: sapientior existit: sicut locus profundior magis abundat aquis alijs lacunis ¶ Non disseras nisi cum eo qui veritatem concedit: nec respondeas nisi a te querenti consilium: ⁊ cupide recipienti. ¶ Tuum consilium non committas nisi qui ipsum celauerit. ¶ Qui in mundo permanere voluerit: cor patiens aduersitatibus preparet. ¶ Parua domus est dolor minor. ¶ Plus gaudeas q̄ non dixisti errorem: q̄ꝫ q̄ bene dicendo non tacuisti. ¶ Cum irasceris non extendas manū ad peccandū. ⁊ cum dimissio vindicte non fuerit debilitas: parce. ¶ Ultime hominis promissiones cane sunt. ¶ Iustorum corda secretorum sunt monumenta. ¶ Qui per alios non corrigitur: nec alij per ipsum corrigentur. ¶ Manus intellectuum: animarum tenent habenas. ¶ Uulgi habenas regere melius est q̄ꝫ multos habere milites. ¶ Fiducia est socius ↄsolans: quā licet non consequaris: eam tñ angariasti. ¶ Securitas solitudinis dolorē remouet: ⁊ pauor multitudinis cōsolationē aufert. ¶ Inter hoies altior existit mūdo: qui nō curat ī cuius manu sit mūdus. ¶ Inuido videtur q̄ ablatio boni alterius sit sibi bonum. ¶ Hoies lucrantur census: ⁊ census lucrant̄ hoies. ¶ Qui scientiā suam vltra astutiā que in ipso est extendit: est sicut pastor debilis cum multis ouibus. ¶ Qui in dignitate sua multum extollitur: in amissione eius multū deprimitur. ¶ Qui male operando vult celari: satis discoopertus est. ¶ Qui in mendacio cōfidit: tempestiue deficiet ei. ¶ Meditatio veritatis existit clauis. ¶ Intercessor est petentis ala. Anima non egredietur a fiducia vsq̄ꝫ ad mortem. ¶ Anima ignorās suo socio magis inimicatur. ¶ Quidam rex inuitauit Ptolemeū ad prandium. qui rogans fore se excusatū: dixit Regibus contingit fere quod contingit considerantibus picturas. que cum a longe videntur placent: propinque v̓o non dulcescunt.

pulcerrime sententie :-

Dictio

Liber hic Almagesti preclarissimi Ptolemei phe
ludiensis Uniuersam celestium motuum rationem tredecem dictionibus seu par
tialibus libris: cētū ⁊ quadraginta quattuor capl'is ɔstātibus aptissime cōplectit̄.
In quarū cuiusqꝫ dictionū frōte capl'a quibus eadē cōtexta fuerit: pari huic serie se offerēt.

¶ Dictio prima quattuordecim capitulis constat.
¶ Capitulum primum in quo scientie hui⁹ ad alias excellentiā: ⁊ finis eius vtilitatē dicā.
¶ Capitulum secundum de ordinibus modorum huius scientie
¶ Capitulum tertium quomodo scitur ꝙ motus celi sit sphericus
¶ Capitulum quartum de eo quod indicat ꝙ terra sit spherica
¶ Capitulum quintum de eo quod indicat ꝙ terra sit in medio celi.
¶ Capitulum sextum de eo quod indicat ꝙ terra sit sicut punctum apud celum
¶ Capitulum septimum ꝙ terra localem motum non habeat
¶ Capitulum octauum ꝙ primi motus qui sunt in celo sunt duo.
¶ Capitulum nonum de scientia quantitatis chordarum partium circuli.
¶ Capitulum decimum quomodo tabule chordarum partium circuli fiant.
¶ Capitulum vndecimum de positione arcuum ⁊ chordarum eorum in tabulis
¶ Capitulum duodecimum de arte instrumenti quo scitur quantitas arcus qui est inter duos tropicos.
¶ Capitulum tredecimum de scientia quātitatū arcuum qui sunt inter orbem equationis diei: ⁊ inter orbem medij signorum: qui sunt declinationis.
¶ Capitulum quartūdecimum de scientia quantitatū arcuū equatiōis diei: qui eleuātur in sphera directa cum arcubus orbis signorum datis.

¶ Capitulum primum De scientie huius ad alias excellentia: ⁊ finis eius vtilitate.



Onū scire fuit quod sapientibus non deuiantibus visum est: cū partē speculationis a parte operatiōis diuiserūt: que sunt due sapiētie partes. Licet enī contingat vt operatiōe sit speculatio prius: iter eas tamen non parua existit differētia. Nō solum quia etsi quorūdam morum honestatem possibile sit pluribus hominibus inesse absqꝫ doctrina: non tamen totius scientiam absqꝫ doctrina comprehendere est possibibile: Uerum etiam quia plurimū vtilitatis ɔsistit: in opatione quidē ꝓpter plurimam perseuerātiam agendi in rebus: et in scientia quidem propter augmentuꝫ in scientia. Quapropter nobis visuꝫ est expedire nobis vt sciamus metiri opationem cū doctrina principioꝝ eoꝝ que reperiuntur in imaginatione ⁊ intellectu. ne quid desit ex inquisitiōe totius: pulchre rei: decentis forme: ẜm mēsurationis bonitatē. neqꝫ in minimis rebus neqꝫ in vilibus. ⁊ vt expendamus plurimum nostri ocij ⁊ plurimum nostri studij in disciplina scientie magne ⁊ excelse: ⁊ precipue que proprie nominatur scientia. ¶ O q̄ꝫ bonum fuit ꝙ Aristoteles diuisit theoricam: cum eam in tria prima genera distribuit. In naturale videlicet doctrinale: ⁊ theologicū. Generatio nāqꝫ oīs generati ex materia est ⁊ forma ⁊ motu. Neqꝫ est possibile vt in aliquo noto: vnūq̄dqꝫ horū triū solū per se sigillati stans absqꝫ alio videatur. possibile tñ est: vt vnū absqꝫ alio intelligatur. ¶ Qꝫ si quis scire querit: que sit p̄ma causa primi motus: affirmabit̄ illi accurati⁹ ꝑscrutāti cū illud ẜm ordines suos fuerit declaratum: ꝙ est deus inuisibilis ⁊ immobilis. Species autem theorice qua inquiritur perscrutatio qua scitur quod est in suprema altitudine ordinum mūdi: nominatur Theologica. Et hec quidem intelligitur separatū esse a substantijs sensibilibus. ¶ Species v̄o theorice qua species materiales inuestigant̄: semper alterate in album ⁊ nigrū: ⁊ calidum ⁊ frigiduꝫ: ⁊ acetosum ⁊ dulce: ⁊ que his assimilantur: nominatur Naturalis. Hec aūt natura cōsistit in rebus antiquis: quarum plures sub orbe lune mouent̄: vel que corrumpuntur vel que finiunt̄. ¶ Speciem v̄o indicantem demōstrationē specierum formarum: ⁊ motus eorum que localiter mouent̄: ⁊ quātitatem: ⁊ magnitudinem: ⁊ tempus: ⁊ figuram: ⁊ que his

similia existunt: sigillatim ponam: ⁊ vocabo eam proprie nomine scientie. Et hec quidē natura quasi medium tenet inter illas duas naturas. non tm̄ quoniam possibile est vt intelligatur s̄m sensum: sicut species cōprehenditur nālis. ⁊ absq3 sensu etiā: queadmodū spēs cōprehēdit theologica: Uerūetiā q2 cū ī oībus essentijs existit actu: ipsa etiā tēperantia cōiter existit in oībus essentijs mortalibus ⁊ īmortalibus: ⁊ que corrūpunt ⁊ que nō corrūpunt. In eis aūt que corrūpunt existit cū alteratione forme que nō separat a materia. Sed in eis que nō corrūpunt. s. in natura celesti remanet in forma sua absq3 alteratiōe. Quapropter dico ꝙ duo reliqua genera diuisionis theorice sola estimatiōe cognoscuntur: ⁊ nō scientie veritate cōprehendūtur. Theologicū v3 q2 nunq̄3 videt neq3 comprehenditur. naturale vō propter motionē materie: ⁊ leuitatem sui cursus: ⁊ velocitatem sue alterationis: ⁊ paruitatē sue more. Quare conuenientia sapientum nunq̄3 in eis expectatur. ¶ Genus vō doctrinale ipsum solum replet eum qui ipsum studiose reponit: ⁊ vehementi inuestigatiōe inquirit: scientia permanente vera absq3 alteratione ⁊ contrarietate. quoniā demōstrationes que in ipso sūt: s̄m vias sunt in quibus nō est ambiguitas: cum assumantur ex scientia numeri: et mensure. ¶ Nos autem volumus: vt in tota hac scientia inquantū possumus desudemus. ⁊ precipue in scientia corpoꝝ celestiū. In hac nāq3 scientia semꝑ fit inuestigatio ⁊ ꝯsideratio de rebus que semper sunt vno modo. Quapropter possibile est: vt hec scientia per se ipsam cōprehendatur propter sui declarationem: ⁊ sui ordinis bonitatē: vno modo semper existentis. quod quidem propriū est sciētie vere. ¶ Hec quoq3 non parū valet ad reliquorum duorum modorum scientie cōprehensionem: ⁊ precipue scientie dei excelsi. Ipsa nāq3 est scientia ⁊ via ad sciendum deum altissimum: propter rationem cum perscrutatione ⁊ intellectu: que et eis similia vere ⁊ manifeste significant deum: qui non alteratur: ⁊ non mouetur: neq3 est accidens: neq3 est factus. quia ipsa nostre scientie quā de deo habemus altissimo vicina existit: ⁊ quia ipsa est semita ducens ad eum. Ipsa namq3 sola tm̄ de rebus semper permanentibus perseueranter inquirit. ⁊ est de rebus que sunt ex genere considerationis eius quod non alteratur. ⁊ estimatio ipsius absq3 opere vicinatur accidentibus que sunt in reuolutionibus ⁊ ordinibus motuū: qui sunt in substātijs sensibilibus mouentibus ⁊ motis sempiternis: in quibus non existit diuersitas. ¶ Ad genus quoq3 naturale nō parui extat iuuaminis. Uniuersalitas eni proprietatis nature materialis nō videt neq3 cōprehenditur nisi ex proprietate conuersionis motus localis. Quapropter ⁊ quod corrumpit ⁊ quod non corrumpitur: per motum rectum ⁊ circularem sentitur. Graue quoq3 et leue: ⁊ agens ⁊ patiens videntur per motum a medio: ⁊ per eum qui est ad medium. ¶ Preterea in actionibus quoq3 ⁊ honestatibus morum laudabilium non est eius necessitas parua. imo nihil est magis adiuuans ad acuendos oculos mentis nostre ⁊ intellectus: ad considerandū ea que operibus similantur diuinis: ꝓpter bonitatem moderaminis ⁊ equalitatis: ⁊ paruitatem arrogantie. Et quoniam ipsa facit eum qui perseueranter eam inquirit: hanc celestem pulchritudinem diligere: ⁊ ducit eum ad perseuerantiam diuini studij: ⁊ coniungit eum ipsi quod anime simile est propter bonitatem forme: ⁊ assimilat eum creatori suo. ¶ Nos autem laborabimus vt in amore scientie sempiternorum manentiū vsq3 ad terminū quē eoꝝ cōditor eis īposuit: in sequentibus huius nostri libri addamus. Ea vō huius scientie quorum comprehensio iam completa est a scientibus ea non deuiātibus: scilicet habentibus hāc scientiam ⁊ inquirentibus eam cum inuestigatiōe ⁊ studio addiscemus. Desideramus vō addere in eis ex declaratione s̄m mensurā qua possibile fuerit s̄m tempus qō fuit inter nos ⁊ eos. De omnibus vō huius scientie que iam estimamus fore manifesta ⁊ posita ⁊ certificata apud nos vsq3 ad hoc nostrum presens tempus: elaborabimus librum scribere compendiosum absq3 disputatōe: ⁊ quanto plus possibile est breuem. s̄m mensurā tamen qua possibile sit subtiles in arte arithmetice eum intelligere. Quia vō tēpora complere volumus: ponemꝰ quicq̄d possibile est conferre: et quo indigent ex scientia celesti in loco sibi proprio: ⁊ s̄m suos ordines. Ne autem liber prolongetur: quecunq3 verificata sūt ex eis que ab antiquis posita sunt: simpliciter solum pertranseam. Que vō comprehendere non potuerunt: aut aliter q̄3 oportuit posuerunt: elaborabo perficere ⁊ speculari s̄m quātitatem nostre virtutis.

¶ Capitulum secundum De ordinibus modorum huius scientie.

Quod prius de hac sciētia est sciēdu3 vel premittendū: est summa scientie habitudinis mensure totius terre ad totum celum: quecūq3 fuerit hec mēsura. Dico ergo ꝙ primū oportet nos in sequentibus ex diuisionibus eius ⁊ partibus sumere inuestigationem scientie loci decliuis orbis. per quē orbem signoꝝ intelligimus. Et post sciemus que accidūt locis orbis terre habitabilibꝰ. Deīde post hec sequemur cū diuersitate que est inter horizōtas eoꝝ ab eis insepabilū: que ꝓueniūt pro-

pter declinationes: ꝯm eorum ordines. Postq̄ igitur eorū que prediximus scientiā premi|sermus: erit inquisitio eorum q̄ sunt preter ista facilioris vie. ¶ Quod vō post hoc ad nar|randū sumendū est: est inquisitio scientie motus solaris ⁊ lunaris: ⁊ que in eis cōtingūt. Im|possibile nāq3 est comprehendere scientiam stellarum: et que de earum scientia explanare volumus: ante horum scientie comprehensionem. Quia igitur sermo de stellis est postre|mum quod in ea sumendū est: ꝯm ꝙ ordinabiliter videtur. tunc vere oportet: vt premitta|mus de orbe stellarum fixarum sermonem. Deinde consequet̄ hūc sermo de quinq3 stellis: que planete dicuntur. Et laborabimus vt declaremus vnūquodq3 eorū que prediximus: su|mendo mentionem instrumentorum ⁊ considerationum horum per res apparentes ⁊ mani|festas: in q̄bus nō est dubitatio ex eis que antiq̄ tradiderunt: ⁊ nos post ipos experti sumus quasi fundamentum ⁊ principia. ⁊ constituemus super ea quecūq3 ea sequuntur: ꝯm semitas demonstrationum mensurabilium.

¶ Capitulum tertium Quo scitur ꝙ celum sit sphericum: ⁊ motus eius circularis.

Summa vero eius qd narrādo oportet nos ꝑponere: ē qd referā. Dico ꝙ celū sit sphericū: et mot⁹ ei⁹ ē sphericus. Et ꝙ etiā figura terre cū omnib⁹ suis ꝑtibus ꝯm sensū sit spherica. Et locus eius ī medio toti⁹ celi. Et ꝙ ipsa ꝯm magnitudinē ⁊ spaciū est quasi punctum quātum ad orbem stellarum fixarum. Et ꝙ ipsa non habet motū localē. ¶ Et ꝑmittā paucos sermōes ꝯm demōstrationē de vnoquoq3 eorū q̄ ꝑdixim⁹ ad rememorādū. Primū qd ītellexerūt antiqui de his q̄ ꝑdixim⁹ vere fuit hoc qd dicā ex ↄsiderationib⁹ doctrinaliū per instrumenta post longa tēpora. Uū considerationes intelligi volumus q̄s doctrinales post longa tēpora per instrumēta experti sunt. Uidebant enim ꝙ sol ⁊ luna ⁊ relique stelle mouebantur semper ab oriente ad occidē|tem super orbes adinuicem equidistantes: incipientes ab infimo inferiori: ⁊ paulatim eleua|bantur ad supremā altitudinem: ac si eleuarētur a terra. Deinde post hoc vno moderamine ad infimū inferius descenderent: donec essent quasi cadentes in terrā: ⁊ occiderent omnino in ea. Deinde paruo tempore post hoc morarentur occulte ⁊ elongate: post etiā orirentur ⁊ occiderent: ac si alterum haberent principium. Et inueniebant hec tempora que erant mo|tuū earum ab oriente in occidentem: ⁊ ab occidente in orientem cum mensuratione alterna|ta. ¶ Plurimū vō qd perduxit eorū ītellectus ad affirmādū figurā celi esse sphericā: fuit re|uolutio stellarū semꝑ appentiū: que videnť in circulis suis reuolui suꝑ vnū cētrū. Necessario igiť opꝫ vt pūctū illud qd est cētrū: sit polus sphere celestis. Et videbāt ꝙ quecūq3 stellarū ma|gis appropinquāt pūcto: in circulis reuoluebanť breuioribus. ⁊ quecūq3 earum sunt a pun|cto remotiores: reuoluebantur in circulis maioribus: ꝯm mensurā propinquitatis ⁊ remo|tionis: donec elongatio perueniat ad eas que occultantur. Et videbant ꝙ earum que occul|tantur: quecūq3 propinquiores existūt semper apparētibus: minus moranť in occasu. ⁊ que sunt remotiores: magis morantur: ꝯm quantitatem propinquitatis ⁊ remotionis. Hec ergo ⁊ eis similia sunt prima solum que eorum intentiones confirmauerunt: ⁊ in eorū cogitatio|nibus fixerunt ꝙ figura celi esset spherica. ¶ Post hec vō reliqua indicantia hoc idem: que sequuntur ista: sunt que nos scimus: ꝙ quecūq3 videmus in eo ex rebus apparentibus significant ↄtrariū eius in quo ↄtradicentiū consistit opinio. Et hoc est: vt ponamus ꝙ hō dicat ꝙ motus stellarū sit ꝯm rectitudinē vsq3 in infinitum: quemmadmodū quidam esti|mauerunt. Possibile ergo nobis est vt dicamus: Si ita est: quō possibile est vt quelibet earū singulis diebus suꝑ nos oriať ab ortu cuiusq3? Et quō est possibile vt ad ortū suū redeat: cū eius motus sit ꝯm rectitudinem vsq3 in infinitum? Et quō si reuertiť: nō videmus ꝯm recti|tudinem redire? Et quō non alterať eius longitudo: ⁊ non minuitur ex ipsius magnitudine ⁊ lumine paulatim: ⁊ postea occidit? Nos vō huius contrarium videmus: quoniam apud occasum suum augmentatur: demū frustatim minuitur: ac si a suꝑficie terre secareť. ¶ Ue|rum ꝙ etiam dicunt: ꝙ ipse accēdantur a terra: ⁊ post hoc extinguanť in ea: Ostendā ꝙ ser|mo hō omni ignorantia maior existit. Qꝛ si nos concesserimus: ꝙ hec mensuratio magna ⁊ excelsa: que est in magnitudine mensurarum earum ⁊ quantitatum ⁊ longitudinum ⁊ loco|rum ⁊ temporum sit vana ⁊ falsa: ⁊ ꝙ sit natura quorūdam finium terre accendens: ⁊ quo|rundam extinguens: sed ⁊ locus quibusdam hominibus sit accensus: quibusdam extinctus: ⁊ ꝙ quedam stelle ipsemet quibusdam hominibus sint accense: ⁊ quibusdam extincte: ⁊ qui|busdā neutre: nō accense nec extincte: erit hoc totū derisio ⁊ illusio dicētis ipm. Quid ḡ dicēt de sꝑ apparētib⁹: q̄ nō orinť neq3 occidūt. Apparentes aūt q̄ nō orinť ⁊ occidunt in qui|busdā locis: nō semꝑ apparēt in omni loco supra terrā. Et omnino manifestū est ꝙ stelle ille in quibusdā locis orinť ⁊ occidūt: ⁊ in quibusdā nec orinť nec occidunt. ob q̄s causas nō

erũt stelle accẽdẽtes ⁊ extinguẽtes oriẽtes ⁊ occidẽtes semper in omni loco supra terram. Uniuersaliter autem dico ꝙ quãcũq; figurã aliquis dixerit motus esse celestis preter sphericam: necessarium erit: vt sint spacia que sunt a terra vsq; ad loca altiora diuersa: vbicunq; sit terra: siue in medio: siue a medio totius remota. Quapropter oportebit vt videamus magnitudinem mensure stellarum ⁊ interualla earum adinuicem diuersa in loco vno in omni reuolutione: eo ꝙ qñq; sint in longitudine maiore: ⁊ qñq; in lõgitudine minore. Et silr oportebit vt sit declinatio signi in suo cursu quandoq; remotioris internalli: qñq; vicinioris. Nos v̓o nihil horum videmus. ¶ Quod autem videmus ex augmento magnitudinis earũ cum sunt apud horizõtas: non demõstrant nobis sic esse propinquitas earum: ⁊ paruitas lõgitudinis earum ab horizonte: sed est quasi simile ei qḋ in aqua ponitur. Uidetur enim maius. ⁊ quanto plus in profundum mergitur: augmẽtat̃ eius magnitudo. ¶ Demõstrat etiã affirmandũ esse figuram celi sphericam: qm̃ cõuenientia cõsiderationum per instrumẽta nõ est possibilis: nisi s̃m hunc modum ⁊ hanc figuram tm̃. ¶ Nunc quoq; dicemus s̃m nãm sermonem. Celestis nãq; motus leuior est omni motu ⁊ velocior absq; tarditate ⁊ prohibitione. Et figurarum velocioris motus ex superficialibus est circulus: ⁊ ex corporeis est sphera. Et quia figure plurium laterum que sunt in circulis equalibus: plures haben tes angulos sũt eis maiores: est circulus maior figuris superficialibus: ⁊ est sphera maior figuris corporeis. Celum igitur est maius corporibus que sunt preter ipsum. ¶ Ad hoc quoq; sciẽdum reperimus semitam ex rebus naturalibus. Ether nãq; tenuior est ⁊ subtilior omnibus corporibus alijs: ⁊ vehementius similis adinuicem. Cuius autem partes ad inuicem sunt similes: eius superficies adinuicem similantur. Superficies v̓o quarum partes adinuicem assimilantur: due tm̃ sunt. Ex superficialibus circulus: ⁊ ex solidis sphera. Quia igitur ether non est superficialis: ⁊ neq; est nisi corporeus: oportet tũc vt sit sphericus. Nos quoq; reperimus corpa naturalia terrena: grossa: antiqua: spissa: corruptibilia: alterata: diuersaruz partiuz: facta s̃m figuras ⁊ circulos non adinuicem similes. ⁊ reperimus celestia subtilia: similiũ partium: sempiterna: habitudinis vnius: que ↄsistit in ethere: facta s̃m spherã. Si enĩ essent plana: ⁊ ad modum rerum alia cooperientium facta: non quicunq; ea viderent: viderent ea in vna hora: neq; ex partibus terre diuersis viderẽt ea rotunda. Quapropter oportet vt q2 ether ea cõtinens in sui natura est sphericus: et quia eius partes sunt similes: sit ipsius motus circularis s̃m equalitatem.

¶ Capitulum quartum De eo quod indicat ꝙ terra sit spherica.

DEclarat̃ nobis ꝙ terra cũ oĩbus partibus suis sit spherice figure s̃m sensum Quia videmus solem ⁊ lunam ⁊ reliquas stellas non in omni loco oriri ⁊ occidere in vna hora: immo oriuntur ⁊ occidunt prius apud orientales: ⁊ postremo apud occidentales. Hoc autem scimus: quoniam reperimus considerationes temporuz eclypsiuz: ⁊ precipue lunarium: que sunt in momento vno: scriptas in libris antiquorum: qui eas considerauerunt: in horis diuersis: non equalibus: incipientes oẽs a meridie. Et inuenimus principium horarum que sunt in libris orientalium antiquorũ qui considerauerunt eclypses: ante principiuz earum que sunt ĩ libris occidentaliũ. Postq̃ igit̃ inuenimus diuersitatem que est inter horas: s̃m quãtitatẽ longitudinũ que est inter loca: tunc verificatur nobis vt existimemus superficiẽ terre esse sphericaz. Non enim hoc accideret nisi terra spherica foret. Gibbositas nãq; que est ab omnibus partibus eius adinuicem similibus: est que cooperit lumẽ ⁊ fiunt tenebre. Deinde appet augmẽtũ ⁊ diminutio in eis que sequuntur partium ipsius s̃m mensurationem vnam: Qḋ si figura terre non foret spherica: non esset ita. ¶ Preterea possibile nobis est vt sciamus hoc ex eo qḋ dicã: qḋ est: Si terra foret concaua: videremus stellas oriri prius apud occidẽtales. Et si esset plana: orirentur super omnes inhabitantes terram in vna hora. Qꝫ si esset triangulata: aut quadrata: aut alterius figure poligonie: orirentur stelle etiam super omnes inhabitantes in superficie vna: ⁊ super vnam rectam lineã in vna hora. Nos autem nihil hoꝝ videmus. Neq; etiã est vt colũna longitudinis vnius circularis: cuius rotunditas sit superficies plana ad orientẽ ⁊ occidentem: cuius due superficies extremitatum eius sint super duos polos mundi: etsi hoc sit qḋ veritati similius existimet̃. Si.n. hoc ita foret: nullus habitãtiũ super eius gibbositatem: aliquã stellarum semper apparentiũ videret semper. Et omnes stelle orirentur ⁊ occiderent semper super omnes homines. preter stellas equalis longitudinis ab vtroq; duoruz polorum. ipse namq; essent apud omnes homines semper occulte. Nos autem videmus ꝙ quanto plus imus ad plagam septẽtrionalez s̃m quãtitatẽ nostri incessus in eam augmentatur quod occultatur a nobis ex stellis meridianis: ⁊ qḋ apparet nobis ex stellis septẽtrio-

nalibus. Declarat̃ igit̃ nobis ꝑ eq̃litatẽ ei⁹ qđ gibbositas terre nobis occultat his duab⁹ partibus: cum adinuicem comparantur in omnibus earuꝫ plagis: ꝙ ipsa est rotunda. ¶ Simil'r quoq; cum nos in aqua imus ad montes: aut ad loca alta: que sint specule a quibuscunq; horizontibus veniamus: ⁊ apud quoscūq; fuerim⁹: videmus magnitudinẽ ⁊ quātitatem eorum paulatim eleuari a mari: ⁊ quasi ante hoc fuissent summersa. Ergo declaratur nobis ꝙ hoc est propter gibbositatem superficiei aque.

¶ Capitulum quintum De eo qđ indicat ꝙ terra sit in medio celi.

Postq̃ scimus ⁊ nouim⁹ hoc. tūc si scire cupierimus locū terre: in his que narrabimus non complebitur eius scientia per hoc qđ apparet nobis in ea: sicut videmus ⁊ reperimus: nisi cum affirmauerimus locū eius mediū celi sicut centrū in sphera tenere. Nisi enim ipsa sic fuerit: necessarium erit: vt aut terra sit egressa ab axe: equalis longitudinis ab vtroq; duoruꝫ polorū. Aut sit super axem: neq; sit eius longitudo ab vnoquoq; duoruꝫ poloꝝ equalis. Aut sit egressa ab axe: magis appropinquans vni poloꝝ. ¶ Quod autem destruit sermonem dicētis: ꝙ locus eius sit primus trium: est qđ narrabo. Si imaginaremur eam cum hominibus ad superiora eleuatam: aut cum eis ad inferiora demersam a medio: comitaret̃ illos cum eēnt ĩ orbe recto: ne noctis ⁊ diei equalitas semꝑ apud eos esset: eo ꝙ horizon secaret qđ ex celo esset supꝫ terrā ⁊ sub ea absq; equalitate semper. Et cū essent in loco vbi est sphera decliuis: accideret eis: vt aut nullo modo apud eos dies ⁊ nox equarentur. aut si apud eos esset equalitas: non fieret hoc in trāsitu medij inter tropicum estiualem ⁊ tropicum hyemalẽ. eo ꝙ hec duo spacia necessario essent inequalia. quoniā circulus queꝫ horizon secaret tunc in duo media: non esset circulus equalitatis: qui est maximus eorum qui reuoluūtur supꝫ duos polos motus totius. sed esset vnus circuloruꝫ qui equidistat ei: aut ex eis qui ab eo sunt septētrionales: aut ex eis qui sunt ad meridiem. Apud v° omnes homines iam affirmatum est: ꝙ hec duo spacia in omni loco equalia existūt: propter hoc ꝙ inuenerūt additionem diei equalis in longitudine sua: quousq; perueniatur ad illum cuius longitudo est longior in tropicis estiualibus: eē equalẽ diminutioni in longitudine sua: quousq; perueniatur ad illuꝫ cuius breuitas est breuior in tropicis hyemalibus. Q: si imaginaremur terram inclinatam cum hominibus ad plagam orientalem vel occidentalem: contingeret eis: ne viderent magnitudines stellarum: neq; earum longitudines equales ⁊ ſm vnum modum in horizonte matutinali ⁊ horizonte vespertino. Neq; esset apud eos tempus quod est ab oriente ad medium celi equale tempori qđ est a medio celi ad occidentem. Hoc autem totum diuersum est ab eo qđ videmus. ¶ Illud quoq; quo annihilatur sermo dicentis: ꝙ locus terre est sc̃ds triuꝫ. s. ꝙ est super axẽ: ⁊ inclinata est ad vnum duorum polorum: est qđ narrabo. Si hoc modo esset: superficies horizontis in omni climate non secaret qđ est super terrā neq; qđ est sub ea ex celo ſm equalitatem: sed semper secaret ipsum ſm diuersitatem multis modis. quorū quisq; in seipso diuersificaret̃: ⁊ quorum quisq; esset absq; alio. Neq; esset possibile vt horizon secaret celum in duo media: nisi tm̃ in orbe recto. In circulo autem decliui: qui propinquior est duorum polorum: semper faceret apparere ꝙ minueret̃ qđ esset supꝫ terrā: ⁊ augmentaretur qđ esset sub terra semper. Quapropter superficies hui⁹ horizontis secaret circulum maiorẽ qui transit supra medium signorum absq; equalitate. Hoc autem est quod non sic apparet. Omnes enim homines semper vident sex signa supra terram apparere: ⁊ sex reliqua occultari ⁊ celari. Deinde post hoc apparent illa sex occulta super terrā: ⁊ occidūt alia sex residua. Propter hoc igitur declaratur: ꝙ horizon secat etiam partes orbis signorum in duo media. quoniam vnaqueq; medietatū duarum orbis apparet integra supra terram semel: ⁊ occultatur sub ea semel. ¶ Sūma v° eius qđ accideret: nisi locus terre esset sub linea equationis diei: sed esset inclinata ad vnum duorum polorum: ad septētrionẽ. s. aut ad meridiem: est ꝙ non esset vmbra instrumentorum orientalium in equalitate diei cum vmbra instrumentorum occidentalium supra vnam lineam rectam super superficies equidistantes horizonti. Nos autem videmus eorum equalitatem supra vnam lineam ĩ omni loco. Et ex hoc demōstratur ꝙ non affirmatur sermo dicentis: ꝙ locus terre est tertius trium quos diximus. Quicquid enim accidit contrarium ei quod videmus in duobus locis primis: adunatur in tertio. Dico autem confidenter: ꝙ alteraretur ⁊ omnino mutaretur totum qđ apparet ex mēsuratione augmenti ⁊ diminutiōis in nocte ⁊ die: si locus terre non esset mediuꝫ. Neq; eēnt eclypses lunares in omnibus plagis celi in oppositione solis ⁊ lune supra diametrū. Multotiens enim nō obumbraret eā terra in trāsitu oppositionis: neq; nisi in spacijs que essent minora medietate circuli.

Capitulum sextum De eo qđ indicat ꝙ terra sit vt punctum apud celum.

Aius quo scitur ꝙ terra sm̄ sensum quātū ad spaciū qđ peruenit a centro totius ad orbē stellarū fixaruʒ sit sicut punctum: est ꝙ magnitudines quantitatum stellarū: ⁊ interuallorū que inter eas existunt: videntur in omnibus plagis celi vbicūqʒ terrarū in eadem hora equales ⁊ similes. quēadmodum inuenimus considerationes que sunt in diuersis climatibus non diuersas neqʒ in aliquo decipientes. Instrumētis quoqʒ vmbrarum que ponuntur in quibuslibet plagis terre: ⁊ in centris orbiuʒ qui sunt ex armillis similibus vero centro terre in potentia: apparēt que videnť ⁊ reuolutio vmbre ⁊ motus eius ad omnem partē similia rebus apparentibus absqʒ deceptiōe: ac si ipsa trāsirent supra punctuʒ medij terre. Manifestius autem indicium ꝙ hoc sit sicut diximus est: ꝙ superficies que egrediuntur a nostris visibus vbiqʒ: que nominantur horizontes: semper secant spheram celi in duo media. hoc autem impossibile esset: si magnitudo terre sensibilis foret quantum ad celeste spacium. Neqʒ nisi superficies que transit super centrum terre solum secaret orbem in duo media. Superficies v̄o que transiret super quemlibet locum superficiei terre alium: faceret semper partes que essent sub terra maiores eis que supra ipsam eēnt. Sed non sic videtur. ergo ⁊c̄.

Capitulum septimum De eo qđ indicat ꝙ terra motum localem non habeat.

Quemadmodū in p̄cedentibus ondimus ꝙ terra nō egrediť a cētro: ita declarabiť: nō esse possibile vt terra ad aliquam suarum plagarum moueatur: ⁊ ꝙ omnino non moueatur a loco centri. Eadem nāqʒ accidentia contingerent: que euenirent: si non mediū locus eius esset. Quapropter estimaui: ꝙ inuestigare cās motus qui est ad medium: superfluum est ⁊ vanū post illud qđ iam semel ostēsum est de hoc: ꝙ videť ꝙ terra sit in loco medij mundi: ⁊ ꝙ grauia omnia vndiqʒ ad ipsam festinanter tendant. Facilius autem quod apparet ex eis que vicinius sumuntur ad inueniendum qđ diximus: cum eo qđ iam ostensuʒ est de hoc: ꝙ terre figura sit spherica: ⁊ locus eius medium totius: est ꝙ declinatio ⁊ motus corporum grauium proprius: ⁊ partes motus ad terrā in omni hora ⁊ in omni loco sunt sm̄ rectos angulos sup superficiem fixam contingentem rem cadentem. Manifestum est autem postq̄ꝫ hoc est sm̄ ꝙ diximus: ꝙ tendentia ad terram motu suo peruenenirent ad centrum: nisi esset ꝙ terre superficies recipit ea: ⁊ secat ante hoc. ⁊ etiam quoniaʒ linea recta que presecando peruenit ad centrum: semper ortogonaliter existit supra superficiem sphere celestis cōtingentis lineam. Qui aūt existimauerūt mirabile esse: vt cū corpus terre supra rem aliquam non sit situm: stet ⁊ non summergatur nec inferius descendat p̄pter sue grauitatis magnitudineʒ vel multitudinem: errauerunt eo ꝙ posuerunt considerationem sm̄ ꝙ eis accidit: ⁊ non sm̄ ꝙ proprietati totius accidit. Q; si concederent ꝙ magnitudo terre cum comparatur ad magnitudinem totius corporis ipsam continentis: est eius quātitas ad ipsum sicut punctum: nō affirmaretur eorum miraculū. Viderent enim ꝙ hoc modo est possibile: vt illud quod est in vltimitate paruitatis sm̄ comparationem ad id quod est in vltimitate magnitudinis: sit contentum: donec in loco suo remaneat. p̄pter hoc ꝙ illud quod est in vltimitate magnitudinis: sustētat qđ in circuitu eius est: qđ est in vltimitate paruitatis vndiqʒ ⁊ impellit equaliter ⁊ similiter. Mundus enim in seipso neqʒ superius habet neqʒ inferius. quare nulluʒ eorum que in ipso sunt: dicendum est esse supra ipsum: neqʒ sub ipso. quemadmodum nihil eoruʒ que in sphera sunt dicitur. Naturalium autem que in ipso sunt: possibile est vt sit motus sm̄ quantitatem eorū nature propriā: videlicet leuia ⁊ subtilia: cum sint ex eis que ascēdunt ⁊ eleuātur: sit eorum motus ⁊ intentio ad superiora sicut egrediētis ad circūferentiam. Et omnis qđ quidem ad superiora capitis nostri tendit (quod nominatur superius) est intētio ⁊ motus ad superficiem continentem. Spissorum v̄o ⁊ grauium intentio ⁊ motus sit ad medium ⁊ centrum. ⁊ estimatur vt eorum intentio ⁊ casus sit ad inferiora. Quod enim pedibus nostris subest (quod nominatur inferius) est ad centrum terre. Quapropter motus vere fortiores sunt: ⁊ aggreganť mota: ⁊ stant fixa in medio ex sustentatione ⁊ coangustatione vel fulcimento ⁊ impulsione eorum adinuicem ab omnibus partibus equaliter ⁊ similiter. Quare fit vt res graues etsi sint parue: consequantur terram: q̄uis ipsius sit magna quantitas apud quantitatē eius quod ad ipsam tendit. cum ipsa sit fixa: recipiens totuʒ qđ ad eam cadit ex omnibus partibus. Q; si terre ⁊ reliquorum corporum grauiuʒ que sunt preter eam esset motus vnus cōis: terra propter superfluitatem sue molis ⁊ grauitatis vinceret oīa grauia que sunt preter ipsam: ⁊ inferius iret. ⁊ remanerent animalia ⁊ relique species grauium sita in aere. et terra velociter omnino caderet: ⁊ pertransiret celum solū. Tamē

ET postq; premisimus hec antecedētia:describam in superficie spherica arcus orbium maiorum:qui sint arcus.a.b.⁊.a.g.⁊ arcus.b.e.⁊.g.d.sese secantes supra.r. Et sit quisq; arcuũ minor semicirculo. Hãc vͦo exceptionem cōmendabimus memorie in omnibus formis.Dico igitur ꝙ proportio chorde dupli arcus.g.e.ad chordam dupli arcus.e.a.aggregatur ex proportionibus duabus.ex proportione chorde dupli arcus.g.r.ad chordã dupli arcus.r.d.⁊ ex proportione chorde dupli arcus.d.b. ad chordam dupli arcus.b.a.Qđ sic probatur. Ponam enim cētrum sphere.h.⁊ protrahabam a cētro ad pũcta.b.⁊.r.⁊.e.vbi se secãt circuli:lineas.h.b.⁊.h.r.⁊.h.e.⁊ ꝓtrahã chordã.a.d.⁊ ꝓducã h.b.que est medietas diametri:donec cōcurrãt supra punctum.t.⁊ protrahabam duas lineas g.a.⁊.g.d.secãtes duas lineas.h.r.⁊.h.e.supra duo puncta.k.⁊.l.fiunt ergo in linea vna recta tria puncta:que sunt.t.⁊.k.⁊.l.qm̄ ipsa simul sunt in superficie trianguli.a.g.d.⁊ in superficie circuli.h.r.e. He ergo due superficies se secãt in linea.l.k.t.cum ergo hec linea protrahetur:due linee.t.l.⁊.g.d.se secabũt iter duas lineas.t.a.⁊.g.a.⁊ erit eax sectio supra.k. Manifestũ est ĝ ꝙ ꝓportio.g.l.ad.a.l.aggregat̃ ex duab⁹ ꝓportionibus.ex ꝓportiõe.g.k.ad.k.d.⁊ ex ꝓportiõe.d.t.ad.t.a. ꝓportio aũt.g.l.ad.l.a.ē sicut ꝓportio chorde dupli arcus.g.e.ad chordã dupli arc⁹.e.a.sicut ostēsũ ē i pͥmo q̃ttuor circulorũ ꝑcedētiũ hãc figurã.⁊ ꝓportio g.k.ad.k.d. est sicut ꝓportio chorde dupli arcus.g.r.ad chordã dupli arcus.r.d.⁊ ꝓportio d.t.ad.t.a.ē sicut ꝓportio chorde dupli arcus.d.b.ad chordã dupli arcus.b.a.quẽadmodũ ostensum est in tertio q̃ttuor circulorũ ꝑcedentiũ hanc figurã.ergo proportio chorde dupli arcus.g.e.ad chordã dupli arcus.e.a.aggregatur ex duabus proportionib⁹.ex proportione chorde dupli arcus.g.r.ad chordã dupli arcus.r.d.⁊ ex proportiõe chorde dupli arcus.d.b.ad chordam dupli arcus.b.a. ¶Ex eo aũt quod demonstratũ est ex proportionibus linearũ ĩ forma suꝑficiali ꝑcedēte declarat̃ : ꝙ ꝓportio chorde dupli arcus.g.a.ad cordã dupli arc⁹ a.e.aggregat̃ ex duab⁹ ꝓportionib⁹.ex ꝓportione chorde dupli arcus.g.d.ad chordã dupli arc⁹.d.r.⁊ ex ꝓportiõe chorde dupli arc⁹.r.b.ad chordã dupli arc⁹.b.e.Et h̾ itẽdim⁹ ꝓbare.




¶Capitulum tredecimum De scientia quãtitatũ arcuum qui sunt inter orbem equationis diei:⁊ orbem medij signorum qui sunt declinationis.

ET postq; premisimus hoc capitulũ:

ostendemus primũ demonstrationes super hos arcus:quemadmodum narrabo ⁊ exemplificabo.Describam ergo orbem quē reuoluũt duo poli simul:polus orbis equationis diei : ⁊ polus medij orbis signorũ.Et signabo super ipsum.a.b.g.⁊ describã in eo medietatē orbis equationis diei:supra quã sint.a.e.g.⁊ medietatē orbis medij signorum : supra quã sint.b.e.d.qui se secent supra punctum.e.qđ sit punctũ equationis diei vernale Et sit tropicus hiemalis punctũ.b.⁊ tropicus estiualis pũctũ.d. Et ponam vt polus orbis equationis diei sit punctum.r.arcus.a.b.g.⁊ ponam vt arcus.e.h.qui est orbis signorum : sit triginta ꝑm quantitatem qua orbis maior est.360.⁊ describam arcum.r.h.t.qui sit orbis magni.⁊ inuestigabo scientiam arcus.h.t. Et qꝛ abhorreo iterare sermonem in omni hora : Dico ergo ꝙ cum nos nominamus in hoc loco : ⁊ in omni eius filii:qui est ex eis quos declaraturi mus : numerũ partium arcuum:aut partium chordarũ : nolumus intelligere per partes arcuũ nisi illas que sunt ex partibus maioris.s.circuli.360.⁊ per partes chordarum nisi illas que sunt ex.120.partibus diametri circuli. ¶Et qm̄ in forma horum orbiũ maiorum inter duos arcus a.r.⁊.a.e.sũt duo arcus.r.t.⁊.e.h.sese supra.h.secantes:fit vt ꝓportio chorde dupli arcus.r.a.ad chordam dupli arcus.a.b.aggregetur ex duabus proportionibus : ex proportione corde dupli arcus.r.t.ad chordã dupli arcus.t.h.⁊ ex proportione chorde dupli arcus.h.e.ad chordam dupli arcus.e.b. Iã autē sciuimus ꝙ duplũ arcus.r.a.est.180.⁊ chorda eius.120.⁊ duplum arcus.a.b.ꝑm ꝙ considerauimus ⁊ conuenimus supra ipsum : ꝑm



Dictio



proportionē.11.ad.83.est.47.partes.z.42.m̄.z.40.z̄. et est eius chorda.48.ptes et.31. minuta et.55.secūda.et duplū arcus.b.e.est.60.partes.et eius chorda est.60.partes.et duplū arcus.e.b.est.180.partes.et eius chorda.120.partes.Cum ergo nos proiecerimus ex ꝓportione.120.partiū ad quadragintaocto partes et.31.minuta et.55.secunda: ꝓportionem.60.ad.120.remanebit proportio chorde dupli arcus.r.t.ad chordam dupli arcus t.b.que est proportio.120.ad.24.partes.z.15.minuta.z.57.secunda.Duplū v̄o arcus.r t. est.180.z ei⁹ chorda.120.linea ergo que subtēditur duplo arcus.t.b.ſm illas ptes est.24. partes.z.15.minuta.z.57.secūda.z similiter erit duplum arcus.t.b.23.partes.z.19. minuta.z.59.secunda.z erit arcus.t.b.ſm illas partes vndecim partes.z.40.minuta vicinius.

¶Ponā etiā vt arcus.e.b.sit.60.ptes.z dimittā que sunt preter ipsum in forma ſm habitudinem suam.Fiet ergo duplum arcus.e.b.120.partes.z chorda eius.103.partes.z.55. minuta z.23.secūda.Cū ergo nos proiecerimus ex proportione.120.partium ad.48.partes z.31.minuta z.55.z̄.proportionē.103.ptiū z.55.minutorū z.23.secūdorū ad.120. remanebit proportio chorde dupli arcus.r.t.ad chordam dupli arcus.t.b.que est proportio 120.ad.42.partes z minutū vnū.z.48.secunda. Chorda autem dupli arcus.r.t.est.120. Quapropter erit chorda dupli arcus.t.b.ſm illas partes.42.partes.z minutū vnū z.48.secunda.ergo duplū arcus.t.b.erit.41.partes z cifre z.18.secunda.z arcus.t.b.ſm illas partes.erit.20.partes z.30.minuta.z nouē secunda.Et illud est quod voluimus demōstrare.


¶Similiter referemus partes arcuū: z scribemus numerū earū in tabulis recipiētibus numerū quarte: que est.90.partes.Et scribemus post vnūquēq arcum ex latere consequentē numerum partium declinationis ipsius. ¶Tabularum autem descriptio erit sicut ego describam post hunc sermonem.

¶Tabule quantitatum arcuum orbis meridiei: qui sunt inter orbem equationis diei et orbem medij signorum: qui sunt declinationis.

Partium orbis medij signorum Numeri cōes.		Declinationes.			Partium orbis medij signorum Numeri cōes.		Declinationes.			Partium orbis medij signorum Numeri cōes.		Declinationes.		
Partes		ptes	m̄	z̄	Partes		ptes	m̄	z̄	Partes		ptes	m̄	z̄
359	1	0	24	16	329	31	12	1	21	299	61	20	42	55
358	2	0	48	31	328	32	12	22	31	298	62	20	55	18
357	3	1	12	47	327	33	12	43	29	297	63	21	7	19
356	4	1	37	0	326	34	13	4	16	296	64	21	18	56
355	5	2	1	12	325	35	13	24	48	295	65	21	30	9
354	6	2	25	22	324	36	13	45	7	294	66	21	40	58
353	7	2	49	30	323	37	14	5	13	293	67	21	51	23
352	8	3	13	35	322	38	14	25	4	292	68	22	50	24
351	9	3	37	37	321	39	14	44	42	291	69	22	11	0
350	10	4	1	38	320	40	15	4	5	290	70	22	20	11
349	11	4	25	32	319	41	15	23	12	289	71	22	28	56
348	12	4	49	24	318	42	15	42	4	288	72	22	37	17
347	13	5	13	11	317	43	16	0	40	287	73	22	45	11
346	14	5	36	53	316	44	16	18	59	286	74	22	52	40
345	15	6	0	30	315	45	16	37	2	285	75	22	59	42
344	16	6	24	1	314	46	16	54	48	284	76	23	6	18
343	17	6	47	26	313	47	17	12	16	283	77	23	12	28
342	18	7	10	45	312	48	17	29	27	282	78	23	18	11
341	19	7	33	57	311	49	17	46	19	281	79	23	23	27
340	20	7	57	3	310	50	18	2	53	280	80	23	28	16
339	21	8	20	0	309	51	18	19	7	279	81	23	32	38
338	22	8	42	50	308	52	18	35	3	278	82	23	36	33
337	23	9	5	32	307	53	18	50	39	277	83	23	40	1
336	24	9	28	5	306	54	19	5	54	276	84	23	43	0
335	25	9	50	29	305	55	19	20	50	275	85	23	45	33
334	26	10	12	43	304	56	19	35	25	274	86	23	47	38
333	27	10	34	48	303	57	19	49	38	273	87	23	49	15
332	28	10	56	42	302	58	20	3	31	272	88	23	50	25
331	29	11	18	27	301	59	20	17	1	271	89	23	51	6
330	30	11	39	59	300	60	20	30	9	270	90	23	51	20

¶ Capitulum decimumquartum De scientia quantitatis arcuum equationis diei: qui eleuant in sphera directa cum arcubus orbis signorum datis.

Et post hoc demonstrabo numerũ quãtitatũ arcuũ eq̃tionis diei: quos separãt orbes descripti super duos polos eq̃tiõis diei: ⁊ sup partes datas orbis signorũ. Et per hoc scies in quãto tpe tẽpor horarũ equaliũ ptrãseũt ptes date orbis signorũ orbẽ meridiei in omni loco: ⁊ ptrãseunt horizõta sphere recte. Et hoc est qm̃ apud illum tñ est horizon descriptus supra duos polos equatiõis diei. ¶ Ergo describã formam cuius declaratio precessit. ⁊ ponam primum arcũ. e. h. orbis signorũ. 30. partes: ⁊ perscrutabor inuẽtionẽ arcus. e. t. orbis eq̃tionis diei. Scd̃m illud ergo qd̃ premisimus: proportio chorde dupli arcus. r. h. ad chordam dupli arcus. h. a. aggregatur ex duabus proportionibus. ex proportione chorde dupli arcus. r. h. ad chordam dupli arcus t. h. ⁊ ex proportiõe chorde dupli arcus. t. e. ad chordam dupli arcus. e. a. Duplum vo arcus r. h. est. 132. ptes. ⁊. 17. minuta. ⁊. 20. secũda. ⁊ chorda eius est. 109. partes. ⁊. 44. minuta. ⁊ 53. secũda. ⁊ duplum arcus. h. a. est. 47. partes. ⁊. 42. minuta. ⁊. 40. secunda. ⁊ eius chorda 48. partes. ⁊. 31. minuta. ⁊. 55. secunda. Duplum quoq; arcus. r. h. est. 156. partes. ⁊. 40. minuta ⁊ duo secũda. ⁊ eius chorda est. 117. partes. ⁊. 31. minuta. ⁊. 15. secunda. ⁊ duplũ arcus. h. t. est. 23. partes. ⁊. 19. minuta. ⁊. 59. secũda. ⁊ chorda eius. 24. partes. ⁊. 15. minuta. ⁊ 57. secũda. Cum ergo nos proiecerimus ex proportione. 109. partium ⁊. 44. minutorum ⁊ 53. secũdorũ: ad. 48. partes. ⁊. 31. minuta. ⁊. 55. secũda: proportionem. 117. partium. ⁊. 31. minu. ⁊. 15. secũdorũ: ad. 24. partes. ⁊. 15. minuta. ⁊. 57. secunda. remanebit pportio chorde dupli arcus. t. e. ad chordam dupli arcus. e. a. ⁊ ipsa est proportio. 54. partium. ⁊. 52. minutoꝝ. ⁊. 26. secundoꝝ. ad. 117. partes. ⁊. 31. m̃. ⁊. 15. s̃. ⁊ est etiam proportio. 56. partium ⁊ vnius minuti et. 53. secũdoꝝ ad. 120. Duplũ vo arcus. e. a. est. 180. ⁊ eiꝰ chorda est. 120. ergo chorda dupli arcus. t. e. sm̃ illas partes est. 56. partes. ⁊ minutum vnum ⁊. 53. secunda. Quapropter erit duplũ arcus. t. e. 55. partes. ⁊. 40. minuta vicinius. ⁊. t. e. sm̃ illas ptes erit. 27. partes. ⁊. 50. minuta. ¶ Ponã etiam arcum. e. h. 60. partes. ⁊ dimittã reliqua que sunt in forma sm̃ suam habitudinem. Erit igitur duplum arcus. r. h. 138. partes. ⁊. 59. minuta. ⁊. 42. secunda. ⁊ eius chorda. 112. partes. ⁊. 23. minuta. ⁊. 56. secunda. ⁊ duplum arcus. h. t. 41. partes ⁊ cifre. ⁊. 18. secunda. ⁊ eius chorda. 42. partes ⁊ minutũ ⁊. 48. secunda. Ergo cũ nos etiã proiecerimus ex pportiõe. 109. ptiũ. ⁊. 44. m̃. ⁊. 53. secun. ad. 48. partes ⁊ 31. m̃. ⁊. 55. s̃. proportionẽ. 112. ptiũ et 23. m̃. ⁊. 56. secũ. ad. 42. ptes ⁊. 1. m̃. ⁊. 48. s̃. remanebit proportio chorde dupli arcus. t. e. ad chordã dupli arcus. e. a. q̃ ẽ proportio. 95. partiũ et. 2. m̃. ⁊. 41. secun. ad. 112. ptes. ⁊. 23. m̃. ⁊. 56. s̃. q̃ ẽ etiã sicut proportio. 101. ptiũ ⁊. 28. minutorum ⁊. 20. secundoꝝ. ad. 120. partes. Chorda aũt dupli arcus. e. a. est. 120. quapropter erit chorda dupli arcus. t. e. sm̃ illas partes. 101. partes ⁊. 28. minuta ⁊. 20. secũda vicinius. ⁊ arcus. t. e. sm̃ illas partes. 57. partes ⁊. 44. minuta. ¶ Jã ergo declaratũ est: q̄ prime. 12. partium orbis signorum tempus eleuationis equatur tempori eleuationis. 27. partium ⁊. 50. minutoꝝ partium orbis equationis diei sm̃ hunc modum. Et secũde. 12. partiũ orbis signorum tempus eleuationis equatur tẽpori eleuationis. 29. partium ⁊. 54. minutorũ partiũ eq̃tionis diei. Jã enim ostẽsum est: q̄ ipe simul sunt. 57. ptes ⁊. 44. minuta. Et manifestum est: q̄ tertie. 12. partium orbis signorum tẽpus eleuationis equatur tẽpori eleuationis residui quarte orbis equationis diei; qd̃ est. 32. partes ⁊. 16. minuta: propter hoc q̄ tẽpus eleuationum cuiusq; quarte orbis decliuis equatur tẽpori eleuationũ cuiusq; q̃rte orbis equationis diei: cũ fuerint eleuationes orbium descriptorũ supra duos polos orbis equationis diei. ¶ Scd̃m hũc vo modũ ⁊ hanc declarationẽ sciemus numerũ partiũ arcuũ orbis equationis diei: que eleuantur cũ omnibus decẽ partibus orbis decliuis. eo q̄ arcus qui sunt minus decẽ partibus: non multum diuersificãtur ab arcubus equalibus augmentis superfluẽtibus. ¶ Et affirmabo portionẽ partiũ orbis equationis diei debitam omnibꝰ decem partibus orbis decliuis: pertrãsire cũ omnibus decem partibus orbis decliuis lineã orbis meridiei in omni loco: ⁊ pertransire horizontẽ sphere recte. Et incipiam decẽ primas partes a puncto equationis diei. Igit portio orbis equationis diei que debet decẽ primis partibus orbis signorũ: est nouẽ tẽpora ⁊ decẽ minuta. Et secũdarũ decem portio est nouẽ tempora ⁊. 15. minuta. Et portio decem tertiarum est nouẽ tẽpora ⁊. 25. minuta. Cum ergo aggregant portiões decenarũ pme. 12. partiũ sunt. 27. tẽpora ⁊. 50. minuta. ¶ Portio vo decene quarte est nouẽ tẽpora ⁊. 40. minuta. Et portio decene quinte est nouẽ tẽpora et 58. m̃. Et portio decene sexte est decẽ tẽpora ⁊. 16. m̃. Cũ ergo aggregãtur decene partis secunde orbis decliuis: sunt. 29. tẽpora ⁊. 54. minuta. ¶ Portio aũt decene septime est decẽ tẽpora ⁊. 34. m̃. Et portio octaue decene est. 10. tempora ⁊. 47. minuta. Et portio none decene est. 10. tẽpora ⁊. 55. minuta. Quapropter cũ aggregãtur portiões decenarum tertie. 12.



partium: cuius finis est pũctũ tropici: sunt. 32. tẽpora ⁊. 16. minuta. Et conuenit vt fit portio. 90. que est totius quarte portio. 90. tẽpora. ¶ Et propter hoc manifestũ est: ꝙ relique q̃rte silr sunt. Unãquãqȝ enĩ quartã comitať qȯ comitať aliã: ideo ꝙ orbis equatiõis diei erigitur sup̱ horizontẽ hominũ inhabitantiũ spherã rectam absqȝ declinatione.

¶ Expleta est dictio prima libri almagesti Ptolemei.

¶ C. L. Ptolemei Pheludiensis Dictio secũda libri Almagesti Tredecẽ capitulis constans Auspicato prodit.

¶ Capitulum primum de scientia locorum habitabilium terre.
¶ Capitulum secundum qualiter sciantur quantitates arcuum circuli horizontis: qui sunt inter orbem equationis diei et orbẽ decliuem: propter quãtitatẽ diei lõgioris dati.
¶ Capitulum tertium qualiter sciatur altitudo poli per hos arcus cum ponũtur: ⁊ propter quantitatẽ diei longioris: cum fuerit datus: ⁊ econuerso.
¶ Capitulum quartum qualiter sciatur quas terras inhabitẽt illi: supra summitatẽ capitũ quorum sol trãsit: ⁊ quando: ⁊ quotiens fit illud.
¶ Capitulum quintum qualiter sciantur proportiones instrumentorum ad vmbras suas in orbis signorũ equalitate diei: ⁊ in tropicis duobus in medietatib⁹ diei per quedã que prediximus cum fuerint data.
¶ Capitulum sextũ de modo proprietatũ linearũ orbiũ equidistãtiũ orbi equationis diei.
¶ Capitulum septimũ de scientia partium orbis equationis diei: que eleuãtur cum partibus orbis signorum in sphera decliui.
¶ Capitulum octauum de modo positionis tabularum eius qȯ eleuatur de orbe equationis diei cum omnibus decẽ partibus orbis signorum in locis orbium equidistantium.
¶ Capitulũ nonũ de diuisione eorũ que sequunť scientiã eleuationũ: ⁊ specificatione eoꝝ.
¶ Capitulum decimum de scientia angulorum prouenientium inter orbem signorum ⁊ orbem meridiei.
¶ Capitulum vndecimum de scientia angulorum prouenientiũ inter orbem signorum ⁊ lineam circuli horizontis.
¶ Capitulum duodecimum de scientia angulorum prouenientiũ inter orbem decliuem ⁊ orbem descriptum super duos polos horizontis.
¶ Capitulum tredecimum de positione tabularum arcuum ⁊ angulorum quos narrabimus in orbibus equidistãtibus.

¶ Capitulum primũ De scientia habitabilium terre.




T post ea que narrauimus in dictione prima Almagesti de forma totius: ⁊ cõmunitate eorũ que sunt in ea sicut p̃ncipia ⁊ antecedentia: ⁊ que necessitas' sit eius: ⁊ que estimauimus vtilia in hac scientia ex eis que accidunt in orbe recto: Studebimus vt ostendamus etiam in sequentibus plurimũ eorum que accidunt in orbe decliui: prout leuius possibile est. ¶ Et hic quoqȝ sũma eius qȯ p̃mittendũ est: est ꝙ terra diuiditur ĩ quattuor q̃rtas: quas separãt orbis equationis diei: ⁊ vnus orbium descriptorũ supra polos eius. ⁊ ꝙ vna quartarum duarũ septẽtrionaliũ cõtinet fere totã terrã habitabilem quã scimus. Illud autem duobus modis declaratur. Quorũ vnus est propter latitudinem: que est spacium quod est a meridie ad septentrionem. quoniam vmbre instrumentorum quibus fit consideratio in equalitate noctis et diei in medietatibus diei in omni loco declinatio erit ad septentrionem: neqȝ vnq̃ȝ declinabit ad meridiem. Alter vo propter longitudinem: que est spacium quod est ab oriente ad occidentem. quia eclypses: ⁊ precipue lunares: que sunt in hora vna: vident illi qui habitant in extremitate orientis terre habitabilis quam scimus: ⁊ in extremitate occidentis eius non antecedentes neqȝ subsequentes plus duodecim horis equalibus. Totum vo spaciũ quarte in longitudine est

duodecim horarũ.qm̃ vna duarũ medietatũ orbis equationis diei cõprehẽdit ipsum.Diui/
siones aũt quas oportet nos scire: ⁊ qđ estimamus ↄueniẽs ei qđ est necessarium in hoc li
bro:sunt scientia eius quod accidit in locis habitabilibus:que sunt sub vnoquoq; orbium
eq̃distãtiũ ⁊ equidistãtiũ orbi eq̃tiõis diei. Et hoc est quãta sit lõgitudo duoꝝ poloꝝ sphe
re pͥme ab horizõte. Aut quãta sit lõgitudo pũcti:qđ est supra summitatẽ capitũ in orbe me
ridiei:ab orbe equationis diei.Et in quibus locis currat sol supra summitatẽ capitũ:⁊ quan
do ⁊ quotiens fit illud.Et que sit proportio instrumentorum ad vmbras suas:per que consi
deratur in equalitate diei ⁊ in duobus tropicis in medietatibus diei. Et quantum addat
dies lõgior:⁊ minuat dies breuior de die equali.Et preter hoc que sint augmẽta:⁊ diminu/
tiones que accidũt nocti ⁊ diei.Et que sint diuersitates eius cum quo eleuatur equator diei
⁊ orbis decliuis:⁊ cũ quo occultãtur ambo.Et que sint proprietates anguloꝝ prouenientiũ
ex sectione orbiũ maioꝝ:⁊ magnitudines eorũ:⁊ oĩa que ex eis ↄtingũt ⁊ que in eis accidũt.

¶ Capitulum secundũ Qualiter sciãtur quãtitates arcuũ circuli horizontis:qui sunt inter
orbẽ eq̃tionis diei ⁊ orbẽ decliuẽ pp quãtitatẽ diei lõgioris cũ fuerit datus:⁊ ecõuerso.


Uius itaq; exemplum ponam line
am que est supra rhodũ equidistantem orbi equationis diei vbi est alti
tudo poli.36.partes.⁊ in quo dies longior.14.horas ⁊ medietatẽ ho/
re ex horis equalibus habet.Et describam propter hoc meridiei orbem
supra quẽ sint.a.b.g.d.⁊ describam in eo medietatẽ circuli horizontis
orientalis:supra quã sint.b.e.d.⁊ medietatem orbis equationis diei:su
pra quã sint.a.e.g.⁊ signabo supra polum meridianum.r.⁊ supra ortum tropici hiemalis
orbis signorũ.h.⁊ describã supra duo puncta.r.et.h.arcum.r h.t.⁊ ponam longitudinẽ diei
longioris:⁊ inquiram quantitatem arcus.e.h.circuli horizontis.Et q2 reuolutio sphere nõ
est nisi super duos polos equationis diei:Tũc manifestum est:q2 duo puncta.h.⁊.t. cadunt
simul in tempore vno super arcum.a.b.orbis meridiei propter motum sphere.Tempus au
tem puncti.h.qđ est ab oriente ad mediũ celi qđ supra terram est:est quãtitas arcus.t.a.tẽ/
pus vͦ a medio celi sub terra ad oriẽs:est quantitas arcus.g.t.⁊ seq̃tur hoc vt sit tẽpus diei
quantitas dupli arcus.t.a.⁊ tempus noctis existat quãtitas dupli arcus.g.t.Sectiones enĩ
orbiũ eq̃distantiũ orbi equationis diei separate sũt supra terram ⁊ sub terra.eo q2 orbis me
ridiei secat eos omnes in duo media ⁊ duo media.Quapropter erit arcus.e.t.qui est medie
tas superflui qđ est inter longiorẽ diem vel breuiorem ⁊ inter equalitatem:hora ⁊ quarta
hore:in loco huius linee:⁊ illud est.18.tempora ⁊.45.minuta.Arcus aũt residuus ad cõplẽ
dam quartam:qui est.t.a.erit.71.tempora ⁊.15.minuta.Scđm ergo q2 iam precessit ex de
claratione:iam secant se inter duos arcus orbium maiorum:qui sunt.a.e.⁊.a.r.duo arcus
e.h.b.⁊.r.h.t.supra.h.ergo proportio chorde dupli arcus.e.a.ad chordam dupli arcus.a.t.
aggregatur ex duabus proportionibus.ex proportione chorde dupli arcus.t.r.ad chordam
dupli arcus.r.h.et ex proportiõe chorde dupli arcus.h.b.ad chordã dupli arcus.b.e.Duplũ
aũt arcus.t.a.est.142.partes ⁊.30.minuta.⁊ eius chorda est.113.partes ⁊.37.minuta et
54.secũda.⁊ duplũ arcus.a.e.est.180.partes ⁊ eiꝰ chorda.120.Duplũ quoq; arcus.t.r.est
180.partes.⁊ eius chorda.120.partes.⁊ duplum arcus.r.h.est.132.partes ⁊.17.minuta
⁊.20.secũda.⁊ eius chorda.109.partes ⁊.44.minuta.⁊.53.secunda.Cum ergo proieceri/
mus ex proportione.113.partium ⁊.37.minutoꝝ ⁊.54.secundoꝝ ad.120.proportionem
120.ad.109.partes ⁊.44.minuta ⁊.53.secunda:remanebit proportio chorde dupli arcus
h.b.ad chordam dupli arcus.b.e.que est proportio.103.partiũ ⁊.55.minutorum ⁊.23.se/
cundorũ ad.120.Chorda vͦ dupli arcus.b.e.qm̃ ipse est quarta circuli est.120.ergo chor
da dupli arcus.h.b.fere sm̃ illas partes est.103.partes ⁊.55.minuta ⁊.23.secunda:qua
propter erit duplum arcus.h.b.120.partes.⁊ arcus.h.b solum sm̃ illas partes.60.partes.
remanet ergo arcus.e.h.sm̃ illas partes.30.partes:sm̃ quantitatem qua circulus horizon
est.360.partes.Et hoc est qđ oportuit nos demonstrare.



¶ Capitulum tertium Qualiter sciatur altitudo poli propter hos arcus cũ ponũtur:⁊ pro/
pter quantitatem diei longioris cum fuerit datus:⁊ econuerso.


Sit ergo illud datũ.⁊ inuestigemus
inuentionẽ altitudinis poli: que sit arcus.b.r.orbis meridiei. Erit ergo
in hac forma proportio chorde dupli arcus.e.t.ad chordã dupli arcus
t.a.aggregata ex duabus proportionibus.ex proportiõe chorde dupli
arcus.e.h.ad chordam dupli arcus.h.b.et ex proportione chorde du/
pli arcus.b.r.ad chordã dupli arcus.r.a.Duplum vͦ arcus.e.t.est.37.
partes ⁊.30.minuta.⁊ eius chorda est.38.partes ⁊ trigintaquattuor minuta ⁊.22.secun/
da.⁊ duplũ arcus.t.a.est.142.partes ⁊.30.minuta.⁊ chorda eius.113.partes ⁊.37.minu
ta ⁊.54.secunda.Duplũ quoq; arcus.e.h.est.60.partes.⁊ chorda eius.60.partes.⁊ duplũ

arcus.h.b.est.120.partes.⁊ eius chorda.103.partes ⁊.55.minuta ⁊.23. secunda. Cū ergo proiecerimus ex proportione.38.partium ⁊.34.minutorum.⁊.22.secūdorum ad.113. partes ⁊.37.minuta ⁊.54.secunda:proportionē.60.partium ad.103.partes ⁊.55.minuta ⁊.23.secunda:remanebit proportio chorde dupli arcus.b.r.ad chordam dupli arcus.r.a. que est proportio.70.partium ⁊.33.minutorum ad.120.partes vicinius. Chorda quoqꝫ dupli arcus.r.a.est.120.partes.ergo chorda dupli arcus.b.r.ſm illam quātitatem est.70. partes ⁊.33.minuta.Quapropter erit duplum arcus.b.r.72.partes ⁊ vnū minutū.⁊ arcus b.r.solum ſm illam quantitatem.36.partes vicinius.



Secundum huius quoqꝫ conuersionem in hac forma ponam arcum.b.r.qui est altitudo poli data trigintasex partes.⁊ inquiram inuentionē superflui quod est inter quantitatē diei longioris ⁊ breuioris:⁊ inter equalitatem.⁊ illud est duplum arcus.e.t.Quapropter erit proportio chorde dupli arcus.b.r.ad chordā dupli arcus b.a.aggregata ex duabus proportionibus.ex proportione chorde dupli arcus.r.h. ad chordam dupli arcus.h.t.⁊ ex proportione chorde dupli arcus.t.e.ad chordam dupli arcus.e.a. Duplum aūt arcus.r.b.est.72.partes.⁊ chorda eius.70.partes et.32.minuta et.3. secūda. et duplum arcus.b.a.est.108.partes.et eius chorda est.97.partes et.4.minuta et.55. secūda.Duplum quoqꝫ arcus.r.h.est.132.partes et.17.minuta et.20.secunda.et chorda eius est.109.partes et.44.minuta et.53.secunda.et duplum arcus.h.t.est.47.partes et.42. minuta et.40.secūda.et eius chorda est.48.partes et.31.minuta et.55.secūda.Cū ergo proiecerimus ex proportione.70.partium et.32.minutoꝝ et trium secundorū ad.97. partes et 4.minuta et.55.secunda:proportionem.109.partium ⁊.44.minutoꝝ ⁊.53.secundorum ad.48.partes et.31.minuta et.55.secūda.remanebit proportio chorde dupli arcus.t.e.ad chordam dupli arcus.e.a.que est proportio.31.partium et.11.m̄.et.33.secundorū ad.97. partes et.4.m̄.et.55.2̈.Hoc nāqꝫ ꝓpinquius est proportioni.38.partiū et.34.m̄.ad.120. Chorda autem dupli arcus.e.a.est.120.fit ergo chorda dupli arcus.e.t.ſm illā quantitatē 38.partes ⁊.34.m̄.quapropter duplum arcus.e.t.erit.37.partes et.30.m̄.vicinius.et ipse sunt due hore et dimidia ex horis equalibus. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

Similiter quoqꝫ sciemus arcū h.e.horizontis.eo ꝙ proportio chorde dupli arcus r.a.ad chordam dupli arcus.a.b.datā:aggregatur ex duabus proportionibus:scilicet ex ꝓportiōe chorde dupli arcus.r.t.ad chordā dupli arcus.t.h.que est data:⁊ ex proportione chorde dupli arcus.e.h.ad chordā dupli arcus.e.b.Arcus vō.e.b. est datus:remanet itaqꝫ quātitas arcus.e.h.data. ¶ Manifestū est igit̄:ꝙ ſ3 illud cuius inquiritur sciētia:nō sit punctū tropici hiemalis:qđ est.h.ſ3 sit illud qđ est de partibus circuli signorum:vt est.e.silr etiam scientur duo arcus.e.t.⁊.e.h.eo ꝙ nos iam premisimus tabulam declinationis cuiusqꝫ partium orbis signoꝝ ab orbe equationis diei in orbe meridiei: ⁊ illud est oppositum.h.t.ex arcubus.



Sequitur autem illud:vt orbes equidistantes orbi equationis diei:qui secant partes orbis signorum:equalis lōgitudinis a puncto cuiuslibet duorum tropicorum: secent etiam ex horizonte vtriqꝫ arcus equales:in quibuscunqꝫ duarum partium fuerint orbis equationis diei.⁊ fiant quantitates noctis ⁊ diei equales : omnis scꝫ quantitas sue opposite. ¶ Et declaratur cū hoc etiā:vt orbes equidistantes orbi equatiōis diei:equalis longitudinis a quolibet duorum punctorū equantiū diē:silr secēt ex horizonte arcus equales ab vtrisqꝫ lateribus orbis equationis diei.⁊ sint quantitates noctis ⁊ diei in illis alternate. ¶ Et hoc est:ꝙ si nos signauerimus in hac forma punctum.k. supra quod secet orbis eq̄distās orbi equationis diei:eq̄lis descripto supra.h.medietatē circuli horizontis:supra quā sint.b.e.d.⁊ cōpleuerimus duos arcus.h.l.⁊.k.m.qui sint due sectiōes duoꝝ orbiū equidistantium ecōtrario.quos manifestum est esse equales.⁊ descripserimus supra k.⁊ supra polū septētrionalē:qui sit pūctū.q.quartā orbis:supra quā sint.k.n.erunt duo arcus.a.t.⁊.n.g.equales:ideo ꝙ ipsi sunt similes arcubus duobus.l.h.⁊.m.k.quisqꝫ videlicet suo relatiuo.⁊ remanebit arcus.e.t.equalis arcui.e.n.residuo.⁊ erūt duorum triangulorum e.h.t.et.e.k.n.duo latera vnius:duobus lateribus alterius eq̄lia : videlicet.e.t.equale.e.n.⁊ h.t.equale.k.n.⁊ angulus.t.equalis angulo.n.quapropter erit basis.e.h.equalis basi.k.e.Et illud est quod oportuit nos demonstrare.


¶ Capitulum quartum Quo sciuntur prouincie in quibus sol trāsit supra summitatem capitū illas inhabitantium:⁊ quando:⁊ quotiens fit illud.

Manifestū est igitur ꝙ nunqꝫ sol currit supra summitatē capitum habitātiū in locis que sunt sub lineis equidistantibus orbi equationis diei:que plus elōgantur ab orbe equatiōis diei q̄3 sit lōgitudo puncti tropici estiualis.que est.23.partes.51.minuta ⁊.20.secūda.Supra summitatē vō capitū inhabitātiū loca que sunt sub linea equidistāti orbi equationis diei:cuius longitudo ab equatio-

ne diei est partes iste: currit sol semel in anno: cum est in puncto tropici estiualis. Sed supra summitatē capitū inhabitātiū loca que sunt sub lineis equidistantibus equationi diei quorum longitudo ab ea minor est his ptibus: sol bis in anno currit. ¶ Qm̄ vo illud erit: quo leuius inuenitur a nobis est: vt intremus numerū partium longitudinis linee ab equatione diei equidistantis ei: in linea secunda tabule declinationis. ⁊ cōsideremus qḋ est coram ea cōsequēter in linea prima ex numero partium quarte. Cū enim solis longitudo ab vnoquoqȝ duorum punctorum equātiū diem ad partē tropici estiualis fuerit equalis illis ptibus in longitudine: tunc sol curret supra summitatē capitū eorum qui sunt sub illa linea.

¶ Capitulum quintum Qualiter sciātur proportiones instrumētorum ad vmbras suas in equalitate diei: ⁊ in duobus tropicis: in medietatibus dierū: per quedā predicta: cum fuerint data.

Facilius quoqȝ quo sciūtur proportiones vmbre ad instrumēta: postqȝ iam sciuimus quantitatē arcus q̄ est inter duos tropicos: ⁊ arcus qui est inter horizontē ⁊ inter duos polos: est quemadmodum narrabo. ¶ Describam orbem meridiei: supra quē sint .a.b.g.d. supra centrum .e. ⁊ ponam pūctū quod est supra summitatem capitum .a. ⁊ protrabam diametrū .a.e.g. ⁊ producam a.g. in superficie orbis meridiei lineam ortogonaliter: supra quā sint .g.k.r.n. Manifestum est igitur: ꝙ hec linea equidistat linee: que trāsit supra duo puncta: supra que se secant orbis meridiei ⁊ circulus horizon Et qm̄ quantitas totius terre: apud quantitatem orbis solis: est sicut punctum ⁊ centrum ſm sensum: Ponam centrum .e. caput instrumenti. ⁊ imaginabor instrumentum lineam .g.e. sitqȝ linea .g.k.r.n. supra quā cadit extremitas vmbre in medietatibus dierū. Et sit radius solis in die breuiori: ⁊ in die longiore: ⁊ in die equali trāsiens supra pūctum .e. Et sit radius solis in die equali linea .b.e.d.r. ⁊ radius eius in die longiore linea .h.e.t.k. ⁊ radiꝰ eius in die breuiori linea .l.e.m.n. Sitqȝ linea .g.k. vmbra diei lōgioris. ⁊ linea .g.r. vmbra diei equalis. ⁊ linea .g.n. vmbra diei breuioris. Et qr arcus .g.d. equatur altitudini poli septētrionalis ab horizonte in hoc climate. que est .36. partes: ſm quantitatē qua circulus est .360. partes. ⁊ vnusquisqȝ duorum arcuū .t.d. ⁊ .d.m. est ſm illam quātitatē .23. partes. ⁊ .51. minuta ⁊ .20. secunda. Ergo manifestum est: ꝙ arcus .g.t. residuus est .12. partes ⁊ .8. minuta ⁊ .40. secūda. Sed totus arcus .g.m. ſm illam quantitatem est .59. partes ⁊ .51. minuta ⁊ .20. secunda. Quapropter erunt anguli qui sunt sub eis: ſm quātitatē qua q̄ttuor anguli recti sunt .360. partes ita .s. erit angulus .k.e.g. .12. partes ⁊ .8. minuta ⁊ .40. secunda. ⁊ angulus .r.e.g. .36. ptes. ⁊ angulus .n.e.g. .59. partes ⁊ .51. minuta ⁊ .20. secūda. Scōm quātitatē vo qua duo anguli recti sunt .360. partes: erit angulus .k.e.g. .24. partes ⁊ .17. minuta ⁊ .20. secunda. ⁊ angulus .r.e.g. ſm illam quantitatem .72. partes. ⁊ angulus .n.e.g. .119 partes ⁊ .42. minuta ⁊ .40. secunda. Arcus ergo qui sunt portiones circuli descripti supra tres angulos: supra quos sunt .k.e.g. ⁊ .r.e.g. ⁊ .n.e.g. ortogonios: erunt sic: videlicet erit arcus qui est supra lineam .g.k. .24. partes ⁊ .17. minuta ⁊ .20. secunda. ⁊ ille q̄ est supra lineam .e.g. qui est id quod minuit ex semicirculo: erit ſm quantitatē illam .155. partes ⁊ .42. minuta ⁊ .40. secūda. Et ille qui est supra lineam .g.r. erit .72. partes. ⁊ ille qui est supra lineam .g.e. erit ſm illā quātitatem .108. partes. Et ille qui est supra lineā .g.n. erit .119. partes ⁊ .42. minuta ⁊ .40. secunda. ⁊ ille qui est supra .g.e. qui est id quod minus est etiā ex semicirculo .60. partes ⁊ .17. minuta ⁊ .20. secūda. Scōm quantitatē ergo qua .g.k. erit .25. partes ⁊ .14. minuta ⁊ .43. secunda: erit .g.e. .117. partes ⁊ .18. minuta ⁊ .51. secunda. Et ſm quantitatē qua etiam .g.r. erit .70. partes ⁊ .32. minuta ⁊ .3. secunda: erit .g.e. .97. partes ⁊ .4. minuta ⁊ .55. secunda. Et ſm illam quātitatem qua est .g.n. .103. partes ⁊ .46. minuta ⁊ .16. secunda: erit .g.e. .60. partes ⁊ .15. minuta ⁊ .42. secūda. Scōm illā ergo quātitatē qua instrumentū .g.e. erit .60. partes: erit vmbra .g.k. estiualis .12. partes ⁊ .55. minuta. Et erit vmbra .g.r que est diei equalis .43. partes ⁊ .36. m̄. fere. Et erit vmbra .g.n. hiemalis .103. partes ⁊ .20. minuta propinquius. ¶ Quapropter ſm cōuersionē declarabitur nobis: ꝙ cum due triū proportionū instrumēti .g.e. ad vmbras suas fuerint scite: quecunqȝ due fuerint: scientur per illud altitudo poli: ⁊ quod est inter duos tropicos. Qm̄ cum sciti fuerit duo triū angulorū: quicūqȝ duo fuerint scietur reliquus angulus: propter hoc ꝙ duo arcus .t.d. ⁊ .d.m. sunt equales. Verū acceptio inuentionis vere ſm considerationē ad sciēdum duos arcus: in qua nō est dubitatio: est ſm modum quem premisimus. Scire autem illud propter proportiones instrumētorum ad vmbras suas: non est ita certum: eo ꝙ tempus vmbre equalitatis in se non est discretum. ⁊ extremitates capitum vmbrarum hiemalium in ea difficulter comprehenduntur.



¶ Caplm sextum De modo proprietatū linearū orbiū equidistātiū orbi equationis diei.

AD huius autem similitudinem in re
liquis lineis equidistantibus equationi diei accipiam summā proprie-
tatū earum. ⁊ ponam superfluum declinationis aliarū ab aliis quartā
hore: que sit horarum equalium. in hoc nāq3 existit sufficientia. Et nar
rabo summam eorū que in eis contingunt. Et ante diuisionem huius et
partitionem etiam incipiam loqui de equidistanti que est sub equatio-
ne diei: quam inuenimus finem meridiei a tota quarta terre habitabilis. Hec autē sola tm̄
facit diē ⁊ noctē in oibus diebus anni equales semper. qm̄ in ea tm̄ secat circulus horizon
omnes orbes equidistantes equationi diei in duo media ⁊ duo media. Et sunt omnes por
tiones eorum que sunt super terram siles ⁊ equales portionibus eorum que sunt sub terra
Qđ equidē est qđ nō cōtingit in aliquo eorum orbium maiorū declinatorum ab equatiōe
diei. Orbem vō equatiōis diei: qui est ex magnis orbibus: circulus horizon solum secat in
duo media in omni loco terre. ⁊ equantur dies ⁊ nox in eo: ⁊ sunt equales ſm sensum vbiq3
terrarum. qm̄ circulus horizon est etiam ex magnis circulis. Unumquēq3 autem orbium ei
equidistātium ab eo declinatorum: qui sunt preter ipsum in parte habitabili: ⁊ in parte me-
ridiei: horizon secat in duas portiones diuersas. Et erūt portiones que sunt supra terram: eo
rum qui sunt in parte meridiei ab eo: minores eis que sunt sub terra. ⁊ erunt dies breuioris
tēporis noctibus. Sed quecūq3 portiōes sunt ex eis qui sunt ex pte septētrionis ab eo: erūt
ſm conuersionem eius: erūt scilicet portiones que sunt supra terram: maiores eis que sunt
sub terra. Et erūt dies longioris temporis noctibus. Et vmbra huius linee equidistantis in
sphera terre equatiōi diei declinat ad ambas partes. qm̄ trāsitus solis erit supra summitatē
capitum eorum qui sunt sub ea: duabus vicibus: scilicet in duobus locis sectionum circuli
equationis diei ⁊ circuli decliuis. Et tūc tm̄ erūt instrumenta in medietatibus dierū nō ha-
bentia vmbram. Quando vō fuerit cursus solis in medietate orbis signorum septentriona-
li: erit declinatio vmbre instrumentorum ad partem meridiei. Et cum fuerit cursus solis in
medietate orbis signorum meridiana: erit declinatio vmbre instrumentorum ad partē se-
ptētrionis. Et erit quantitas vmbre estiualis ⁊ hiemalis in hoc loco ſm quātitatē qua erit
longitudo instrumentorū. 60. partes. 26. partes ⁊ medietas partis propinquius. ¶ Totū
autem quod narrabimus in omni sermone nostro de quātitate vmbre: nō erit nisi de vm-
bra meridiei. Et nos non accipere possumus veritatem meridiei: neq3 in duobus punctis
equalitatis: neq3 in duobus punctis duorū tropicorū. sed tamē cum nos acceperimus vm
bram in his tēporibus apud horā meridiei: erit ꝓpinquum veritati: neq3 variabitur in ali-
quo: cuius quantitas sit sensibilis. Et erit cursus stellarū: que sunt super hanc lineam: supra
summitatē capitum eorū qui habitant sub ea. Et clare manifestum est: ꝙ stelle celi eis oriun
tur omnes ⁊ occidunt. qm̄ duo poli sphere in veritate circuli horizōtis nō describunt orbē
equidistantē eq̄tioni diei semper apparētem: neq3 semper occultum: secantē orbē meridiei.
¶ Quidā aūt dicunt: ꝙ possibile est: vt illud qđ est sub hac linea equidistāte ex terra sit ha
bitabile: ideo ꝙ eius complexio est valde bona: eo ꝙ sol nō prolonget obumbrationē suam
supra puncta summitatis capitum: propter velocitatem sue declinationis in latitudine ab
eq̄tione diei. Et propter hoc sunt estas ⁊ hiems bone complexionis: propter breuitatem lon
gitudinis solis a sūmitate capitū: qm̄ est in vtrisq3 tropicis. Hoc aūt qđ dicimus: est ſm esti-
mationem ⁊ putaꝛ. Utrū vō illud qđ est sub hac linea habitetur: nos huius scientiā non cō
prehendimus. qm̄ aliq̄s non ꝑuenit ad eam: qui sunt in nostris regionibus habitabilibus:
vsq3 ad diem hūc nostrum. Proprietates aūt que sunt sub hac linea eq̄distante circulo eq̄-
tionis diei: absolute dico ꝙ sunt he, q̄s narrauimus. ¶ Reliquarū vō equidistantiū eq̄tio-
ni diei: in quibus possibile est scire: q̄ sint regiōes ⁊ loca que sub eis habitātur: narrabo sum
mā ꝓprietatis cuiusq3: ne reiteremus sermonē in hora omni. Stelle q̄ sunt supra sūmitates
capitum in vnaquaq3 linea earum: sunt que secant de orbe descripto supra duos polos eq̄-
tionis diei: arcus inter stellas ⁊ orbē eq̄tionis diei: equales spacio: qđ est inter lineā ⁊ orbē
equationis diei. Et q3 circulus semper apparens est: cuius centrum est polus equationis
diei septētrionalis: descriptus ſm longitudinem altitudinis poli ab horizonte: erunt stelle
quas iste continet circulus: semper apparētes. Stelle autem semper occulte sunt: que sunt
in circulo cuius centrum est polus equationis diei meridianus: descripto ſm longitudinē
depressionis poli ab horizonte.

¶ De secunda.

LInea vō equidistans secunda est: cuius longioris diei longitudo est. 12. hore ⁊ q̄r-
ta hore: que sunt de horis equalibus. Et eius spaciū ab equatione diei est q̄ttuor par-
tes ⁊ quarta partis fere: descripta supra insulā berbenis. que est ex lineis: ī quibus declināt
vmbre meridiei ad duo latera. qm̄ sol obumbrat supra summitatem capitum eoꝝ qui sunt
sub ea: bis in anno. Instrumēta vō seu gnomones nō habebunt vmbram in medietatibus
diei: cū fuerit spacium solis a tropico estiuali ad quālibet duarum partium. 79. partes ⁊ me

dietas partis. Cū ergo fuerit transitus solis et ipse in his. 159. partibus: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem meridiei in medietatibus dierum. Et cū fuerit trāsitus solis ⁊ ipse in. 201. partibus residuis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem septētrionis in medietatib⁹ dierū. Et erit in hoc loco vmbra equalitatis quattuor partes: ⁊ tertia partis: ⁊ tertia quarte partis vicinius: ſm quantitatē qua erunt gnomones. 60. partes. Et erit vmbra estiualis. 21. ptes ⁊ tertia ptis vicini⁹. Et vmbra hiemalis. 32. ptes vicinius. ¶ De tertia.

Linea aūt equidistans tertia est in qua longitudo diei longioris est. 12. hore ⁊ medietas hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 8. partes ⁊. 25. minuta: descripta supra chaalingir filisolitus. Ipsa quoq; est ex lineis: in quibus declinat vmbra meridiei ad duo latera. Et obumbrat sol supra sūmitatē capitū eorū bis in anno. Et neq; gnomones habebunt vmbram in medietatibus dierū: cū fuerit spacium solis a tropico estiuali ad vtrasq; partes. 69. ptes fere. Quapropter cū fuerit trāsitus solis et ipe in his. 138. partibus: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem meridianā in medietatibus diei. Et cū fuerit trāsit⁹ ei⁹ ⁊ ipse in. 222. partibus residuis: erit declinatio vmbre ad partē septētrionis. Et erit in h̄ loco vmbra equalitatis. 8. partes ⁊ medietas ⁊ tertia ptis. Et vmbra estatis. 16. partes: ⁊ medietas: ⁊ tertia quarte partis fere. Et vmbra hiemis. 37. partes ⁊ medietas ⁊ tertia: ⁊ tertia quinte partis fere. ¶ De quarta.

Linea equidistans q̄rta est: in qua longitudo diei longioris est. 12. hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 12. partes ⁊ medietas partis: descripta supra chaalingir filisolitus. Et ipa etiam est ex lineis: in quibus declinat vmbra meridiei ad vtraq; latera. Et obumbrat sol supra summitatē capitū eorum qui sunt sub ea: bis in anno. Et neq; gnomones in medietatibus diei habebūt vmbram: cum fuerit elongatio solis a tropico estiuali ad vtrasq; partes. 57. partes ⁊ due tertie partis. Quapropter cū fuerit trāsitus solis ⁊ ipse in his. 115. partibus ⁊ tertia partis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem meridiei. Et cū fuerit trāsitus solis ⁊ ipse in. 244. partibus ⁊ duabus tertijs partis residuis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem septētriōis. Et erit vmbra equalitatis. 13. partes ⁊ tertia partis fere. Et vmbra estatis. 12. partes ⁊ tertia quinte partis fere. Et vmbra hiemalis. 44. partes ⁊ sexta partis fere. ¶ De quinta.

Linea equidistans quinta est: in qua longitudo diei lōgioris est. 13. hore. ⁊ eius elōgatio ab equatione diei sedecim partes ⁊. 27. minuta: descripta supra insulā maros. Que etiā est ex lineis: ī quib⁹ vmbra meridiei ad vtraq; latera declinat. Et obumbrat sol supra sūmitatē capitū eorum qui sunt sub ea: bis ī anno. Et neq; gnomones in medietatibus diei habent vmbram: cū fuerit elongatio solis a tropico estiuo ad duas partes. 45. partes. Quapropter cū fuerit trāsitus solis ⁊ ipe in his. 90. partibus: erit declinatio vmbre gnomonum ad partem meridiei. Et cum fuerit transitus solis ⁊ ipse in. 270. partibus residuis: erit declinatio vmbre ad partē septētrionis. Et erit vmbra eq̄litatis. 17. partes ⁊ medietas ⁊ q̄rta partis. Et vmbra estiua septem partes ⁊ medietas ⁊ quarta partis. Et vmbra hiemalis 51. partes. ¶ De sexta.

Linea v̄o equidistans sexta est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore ⁊ quarta hore. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 20. partes ⁊. 14. minuta: descripta supra thebatin. Que etiā est ex lineis: ī q̄b⁹ vmbra meridiei declinat ad vtraq; latera. Et obūbrat sol supra summitatē capitū eoꝝ qui sunt sub ea: bis in anno. Et neq; gnomones in medietatibus diei habebunt vmbram: cum fuerit elongatio solis a tropico estiuali ad vtraq; latera. 31. partes. Quapropter cum fuerit transitus solis ⁊ ipse in his. 62. partibus: erit declinatio vmbre gnomonū ad partē meridiei. Et cū fuerit trāsitus solis ⁊ ipse in. 298. partib⁹ residuis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partē septentrionis. Et erit vmbra equalitatis 22. ptes ⁊. 8. minuta. Et vmbra estiua. 3. partes ⁊ medietas partis ⁊ q̄rta partis. Et vmbra hiemalis. 58. partes ⁊ sexta partis. ¶ De septima.

Linea equidistās septima est: in qua longitudo diei lōgioris est. 13. hore ⁊ medietas hore. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 23. partes ⁊. 51. minuta ⁊. 20. secūda. descripta supra sannis. Et ipsa est prima linea equidistantium: in quibus vmbra meridiei declinat ad partem vnā. neq; vnq̄; erit declinatio vmbre gnomonū eis qui sunt sub ea ad ptē meridiei. Uerūtn̄ sol obumbrat supra summitatē eorum capitū in tropico estiuo tn̄. Et nō habebunt tunc gnomones in medietatibus diei vmbrā: eo q̄ spacium huius linee ab equatiōe diei est sicut tropici estiualis ab eo. In reliquis v̄o lineis erit declinatio vmbre gnomonū in medietatibus diei semper ad partem septētriōis. Eritq; vmbra equalitatis sub hac linea. 26. partes ⁊ medietas partis. Et vmbra hiemalis. 66. partes fere. Estas v̄o nō habebit vmbrā. Et in omnibus lineis equidistātibus: que sunt ad septētrionē ab hac linea vsq; ad lineā que terminat regiones habitabiles: declinabit vmbra gnomonum in medietatibus dierū ad ptē septētrionis. Et neq; gnomones ī eis vnq̄; erūt in medietatib⁹ dierū absq; vmbra. neq; vmbra vnq̄; declinat ad partem meridiei: sed est eius declinatio semper ad partē

septētrionis. qm̄ sol nunq̄ obumbrat supra summitatē capitū ipsorum. ¶ De octaua.

L Inea vero equidistās octaua est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 27. partes ⁊. 40. minuta: descripta supra arnues. Et vmbra estatis est quattuor partes. Et vmbra eq̄litatis est. 31 partes ⁊ tertia ⁊ medietas quinte partis vicinius. Et vmbra hiemis est. 75. partes ⁊ medietas partis. ¶ De nona.

L Inea equidistās nona est: in qua lōgioris diei lōgitudo ē. 14. hore. Et eius elōgatio ab eq̄tione diei. 30. ptes ⁊. 22. minuta: descripta supra infimum terre egypti. Et vmbra estatis sex partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis. Et vmbra eq̄litatis. 35. ptes ⁊ sexta partis fere. Et vmbra hiemis. 83. partes ⁊ quarta partis. ¶ De decima.

L Inea equidistās decima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ⁊ quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei. 33. partes ⁊. 18. minuta: descripta supra medium sein. Et vmbra estiua est. 10. partes. Et vmbra equalitatis. 39. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis fere. Et vmbra hiemalis est. 93. partes vicinius. ¶ De vndecima.

L Inea equidistās vndecima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ⁊ medietas. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 36. partes: descripta supra insulā rhodum. Et vmbra estiua est. 12. ptes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas sexte ptis. Et vmbra eq̄litatis. 43. partes ⁊ medietas ⁊ quarta partis. Et vmbra hiemalis est. 103. partes ⁊ tertia partis. ¶ De duodecima.

L Inea equidistās duodecima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ⁊ tres quarte. Et eius elongatio ab equatione diei est. 38. partes ⁊. 35. minuta: descripta supra sembret. Et vmbra estiua est. 15. ptes ⁊ medietas ⁊ quarta ptis vicinius. Et vmbra eq̄litatis est. 47. partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis vicinius. Et vmbra hiemalis est. 114. ptes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas quinte partis. ¶ De tredecima.

L Inea equidistans tredecima est: in qua longitudo diei lōgioris est. 15. hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 40. partes ⁊. 56 m̄. fere: descripta supra scinnitas. Et vmbra estiua est. 18. partes ⁊ tertia ⁊ medietas q̄nte partis fere. Et vmbra equalitatis. 52. ptes vicinius. Et vmbra hiemalis. 127. ptes ⁊ tertia ⁊ medietas q̄nte ptis. ¶ De deciaq̄rta.

L Inea equidistans decimaquarta est: in qua lōgitudo diei longioris est. 15. hore. Et quarta hore. Et eius elōgatio ab eq̄tione diei. 43. partes ⁊ duodecima partis: descripta supra nulis. Et vmbra estiua est. 20. partes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas quinte partis fere. Et vmbra eq̄litatis est. 55. partes ⁊ medietas quinte. Et vmbra hiemalis. 141. partes fere. ¶ De decimaquinta.

L Inea equidistans decimaquinta est: in qua longitudo diei longioris est. 15. hore. et medietas hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 45. partes ⁊ vnū minutū: descripta supra medium malisnitas. Et vmbra estiua est. 23. partes ⁊ quarta ptis fere. Et vmbra eq̄litatis ē. 60. ptes. Et vmbra hiemalis est. 155. ptes ⁊ q̄rta ptis. ¶ De decimasexta.

L Inea equidistans decimasexta est: in qua longitudo diei lōgioris est. 15. hore ⁊ tres quarte. Et eius elongatio ab equatione diei. 46. partes ⁊. 51. minuta: descripta supra fontes fluminis astos. Et vmbra estiua est. 25. ptes ⁊ medietas ptis fere. Et vmbra eq̄litatis. 64. partes vicinius. Et vmbra hiemalis est. 171. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis fere. ¶ De decimaseptima.

L Inea equidistans decimaseptima est: in qua longitudo diei lōgioris est. 16. hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 48. ptes ⁊. 32. minuta: descripta supra egressiones bauristenis. Et vmbra estiua est. 27. partes ⁊ medietas ptis ⁊ medietas q̄nte partis fere. Et vmbra equalitatis est. 67. partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis vicinius. Et vmbra hiemalis est. 189. partes fere. ¶ De decimaoctaua.

L Inea equidistās decimaoctaua est: in qua lōgitudo diei lōgioris est. 16. hore ⁊ quarta hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 50. partes ⁊ quarta partis: descripta supra mediū paludis meotide. Et estiua vmbra est. 29. ptes ⁊ medietas ⁊ quarta partis vicinius. Et vmbra equalitatis est. 72. partes ⁊ sexta ptis fere. Et vmbra hiemalis est. 210. partes ⁊ due tertie partis vicinius. ¶ De decimanona.

L Inea equidistans decimanona est: in qua lōgitudo diei longioris est. 16. hore ⁊ medietas. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 51. ptes ⁊ medietas ptis: descripta sup vltimā partē meridiei britānie. Et vmbra estiua est. 31. ptes ⁊ tertia et medietas sexte partis. Et vmbra equalitatis. 75. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis vicinius. Et vmbra hiemalis. 229. partes ⁊ due tertie partis fere. ¶ De vigesima.

L Inea equidistans vigesima est: in qua longitudo diei longioris est. 16. hore ⁊ tres quarte. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 52. partes ⁊. 50. minuta: descripta supra egressiones ribes. Et vmbra estiua est. 33. partes ⁊ quarta partis fere. Et vmbra equalitatis. 79. partes ⁊ sexta partis fere. Et vmbra hiemalis. 253. ptes ⁊ medietas ⁊ medietas

sexte partis: sm supradictam quantitatem.

¶ De vigesimaprima.

Linea equidistans vigesimaprima est: in qua longioris diei longitudo est. 17. hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 54. partes ⁊ vnum minutũ: descripta super egressiones tanais. Et vmbra estiua est trigintaquattuor partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis vicinius. Et vmbra equalitatis. 82. partes ⁊ due tertie partis fere. Et vmbra hiemalis. 279. partes ⁊ sexta partis fere.

¶ De vigesimasecunda.

Linea equidistans vigesimasecunda est: in qua longitudo diei longioris est. 17. hore ⁊ quarta hore. Et eius elõgatio ab eq̃tione diei est. 55. partes: descripta super bericanas britãnie maioris. Et vmbra estiua est. 36. partes ⁊ q̃rta partis vicinius. Et vmbra equalitatis octuagintaquinq; partes ⁊ due tertie partis. Et vmbra hiemalis est. 304. partes ⁊ medietas partis.

¶ De vigesimatertia.

Linea equidistans vigesimatertia est: in qua longitudo diei longioris est. 17. hore ⁊ medietas hore. Et eius elongatio ab equatiõe diei est. 56. partes: descripta supra medium britannie maioris. Et vmbra estiua est. 37. partes ⁊ due tertie partis vicinius. Et vmbra equalitatis. 88. partes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis vicinius. Et vmbra hiemalis est. 335. partes ⁊ tertia partis.

¶ De vigesimaquarta.

Linea equidistans vigesimaquarta est: in qua longitudo diei longioris est. 17. hore ⁊ tres quarte hore. Et eius elõgatio ab equatione diei. 57. partes: descripta super catononiz britannie. Et vmbra estiua est. 39. partes ⁊ sexta partis. Et vmbra equalitatis. 92. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis fere. Et vmbra hiemalis. 372. partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis fere.

¶ De vigesimaquinta.

Linea equidistans vigesimaquinta est: cuius longitudo longioris diei est. 18. hore. Et eius elõgatio ab equatione diei est. 58. partes: descripta super meridiem britannie minoris. Et vmbra estiua. 40. partes ⁊ due tertie ptis vicinius. Et vmbra eq̃litatis. 96. partes vicinius. Et vmbra hiemalis. 119. partes ⁊ quarta partis: sm supradictam quantitatem.

¶ De vigesimasexta.

Linea equidistans vigesimasexta est: in qua longitudo diei longioris est. 18. hore ⁊ medietas hore. Et eius elongatio ab equatione diei. 59. partes ⁊ medietas partis: descripta supra britanniam minorem.

Nos autẽ non posuimus hic superfluum horarum cum augmento quarte ⁊ quarte vnius hore: propter coangustationem que est inter lineas: ⁊ propinquitatẽ aliarum ad alias. Ex superfluo enim altitudinis poli supra altitudinem poli non complet pars vna. ¶ Et nõ oportet vt sit operatio nostra in his quorum elõgatio accrescit ad septẽtrionem sicut est in illis quorum elongatio minoratur. quapropter videtur nobis q labor positionis proportionum vmbrarum ad gnomones suos: quemadmodũ fecimus in locis determinatis: superfluus est nobis.

¶ De vigesimaseptima.

Et vbi est longitudo diei longioris decem ⁊ nouem hore: elõgatio illius linee equidistantis ab equatione diei est. 61. partes. Et ipsa est descripta supra septentrionem britannie minoris.

¶ De vigesimaoctaua.

Et vbi est longitudo diei longioris. 19. hore ⁊ medietas hore: elongatio illius linee ab eq̃tione diei est. 62. partes: descripta supra insulas horoen.

¶ De vigesimanona.

hora quinta a circulo ad circulum rubeum anteq3 diceret considerationes positas. Uidit er
go qñ considerationes erant in vna duarum equalitatum ad suam similem in consideratio-
nibus mutaguetireti diuersificari quod erat inter duas considerationes fere per quinq3 ho-
ras. Et que post hoc sunt considerationes quemadmodum dixit vsq3 ad annum. 37. con-
ueniunt sm augmentum quarte die. Sed post vndecim annos in anno. 43. in. 29. die men
sis mesir: post mediam noctem: cuius mane fuit dies tricesimus: fuit equalitas vernalis. Et
hec fuit que debuit sequi cõsiderationem que fuit in anno. 32. & fuit hoc etiam cõueniens in
considerationibus que fuerunt post eam vsq3 ad annos. 50. Si ergo fuit in principio men-
sis menub apud occasum solis post diẽ & fere medietatem diei & quartam diei a considera-
tione que fuit in anno. 43. qd est portio septem annorum inter. 43. &. 50. qui sunt inter du
as considerationes: tunc non fuit in hac consideratione multa diuersitas. Et tñ est possibile:
vt huic accidat aliquid erroris: non in considerationibus tropicis tñ: verũetiam in consi-
derationibus duorum punctorum equalitatis: & vt sit quantitas illius quarta diei. Si eni
fuerit error qui est propter positionem instrumenti: & diuisionem partium eius sm veritatẽ
vna trium milium & sexcẽtarum partium tñ ex partibus orbis descripti supra duos polos
orbis equationis diei. tunc illud est longum in latitudine. Et qñ sol mouetur per quartam
partis in longitudine in orbe decliui vbi ipsum secat orbis equationis diei: peruenit error il
le in diuersitate fere ad quartam diei. Error vero qui fit propter positionem instrumenti: erit
maior: si non fuerit positio eius in tempore sm certificationem veritatis considerationis: eo
q eius pparator ipsum inclinat & mouet: & adiũgit illud alicui rei: ad hoc vt ipsum firmet.
Firmabitur ergo lõgo tempore sm habitudinẽ vnam. Error ergo qui ipsi accidit in eo est
q remouetur a sensu: sicut iam contingit in armillis eneis positis in locis in quibus cõgre-
gantur consideratores in terris nostris. quarũ superficies: & superficies equationis diei esti
matur esse vna. Jam enim declarata est nobis per considerationem alteratio locorum earũ:
& illud magis in illis que sunt ex eis grosse & magis antique. & forsitã vidimus lumen in in-
terioribus earum in tempore vnius duarum equalitatũ. Hec autem & horum similia sunt
que vidit abrachis non significare veritatem eorum que estimauit de diuersitate temporũ
annorum. et de quibusdam significationibus considerationum eius inquisitionis eclypsiũ
lunarium dixit: quia iam reperit q illud qd est inter tempora annorum diuersorum: & inter
tempora eorum media: non est maius medietate & quarta vnius diei. Q3 si hec oratio esset
vera: esset scientia receptibilis. Sed nõ est vera. qd quidem declaratur nobis ex eis que di
xit & narrauit. Dixit enim & narrauit in quibusdam in quibus excogitauit & subtiliter aspe-
xit vbi reperit quasdam stellas fixas propinquas eclypsibus lunaribus: quas iam conside-
rauit: quãtum precessit stella fixa q̃ nominatur spica punctum autumnale in omni eclypsi.
Reperit eni sm q estimauit: q plurimum quo precessit ipsum fuit septẽ partes & medietas
partis sm proprietatẽ temporis: & minus q3 q̃nq3 partes & q̃rta partis. Necesse est ergo ex
hac oratione: postq3 non est possibile vt motus huius stelle sit in quantitate huius tempo-
ris parui quantũcũq3 dixit: q sm veritatem non sint solis (per quem inuestigatur sciẽtia lo
corum stellarum fixarum) equales anni & reuolutiões. Et defuit ei q ea in quibus excogita-
uit & subtiliter aspexit: nõ est possibile compleri omnino nisi per scientiam loci solis in ecly-
psi. Et ex hoc q accepit cõsiderationes veraciter in illis annis a duobus punctis equalitatis
& conuersionis: significatur q superfluum qd est inter duas considerationes: non est maius
quarta diei in omni anno. Et ponam ad hoc exemplum vnum: q sit cõsideratio que fuit in
anno. 32. reuolutionis tertie annorum felis. Reperit enim sm q estimauit: q stella spica p-
cessit punctum autũnale septẽ partibus & medietate partis. In consideratione vero que fuit in
anno. 43. illius reuolutionis reperit stellam spicã precessisse punctum autũnale quinq3 par
tibus & quarta partis. Et similiter posuit sm illam estimationem & subtilẽ inspectionem cõ
siderationes veraciter in illis annis que sunt a punctis vernalibus: ad hoc vt per eas accipe
ret loca solis que sunt in medio temporis eclypsis: & ex illis locis acciperet loca lune: & ex lo-
cis lune acciperet loca stellarum fixarum. Et dixit q consideratio que fuit in anno. 32. fuit
in. 27. die mẽsis mesir: & in principio diei. Et consideratio que fuit in anno. 43. in. 29. die in
nocte cuius mane fuit dies. 30. post mediam noctem: post duos dies & medietatẽ & quartã

diei a consideratione in qua fuit eclypsis anni tricesimi secundi. Quod quidem fuit quarta diei tm̄ super. 365. dies in vno quoqꝫ vndecim annorum. Si ergo fuerint non in tempore maiore neqꝫ in tempore minore reuolutiones solis ⁊ reuersiones ad duo puncta equalitatis sm̄ superfluum maius quarta diei: sed stellam spicam non est possibile moueri in his annis paucis parte vna ⁊ quarta partis. tunc quomodo non est indecens accipere hanc sententiam in scientia acquisita ex istis principijs instrumentum ad delendum ⁊ destruendum ea per que certificatur ⁊ affirmatur: aut quomodo non comparant causam propter quā non est possibile vt sit omnis hic motus stelle spice ⁊ non hunc errorem ad duo puncta equalitatis tm̄ per que fuit consideratio sm̄ veritatem aut non sm̄ veritatem. Illius autem propter quod hunc errorem esse est possibile: cause multe sunt. Ex quibus est elongatio lune in eclypsi a stellis que sunt ei propinque: aut propter diuersitatem aspectus ⁊ cōsiderationis ad lunam ⁊ locum eius: aut propter motum solis a duobus punctis equalitatis ad mediū temporū eclypsis: aut propter ea q̄ cōsiderātur ⁊ assumūtur absqꝫ subtilitate ⁊ absqꝫ veritate. Estimo autem ꝙ Abrachis sciuit ꝙ nihil eorum que prediximus cogit aut firmat apud nos ꝙ sol habeat equationem secūdam. Ipse vͦo propter vehementem amorem veritatis horruit relinquere ad dicendum aliquid eoꝝ que hominibus dubietatem afferūt. Ipsemet enim fecit in eq̄tione diuersitatis cursus solis ⁊ lune: ⁊ posuit solis eq̄tionē vnā que equat complementum reuolutionis anni solaris a punctis differentiarum temporum. Et non videmus propterea ꝙ posuit reuolutiones solis istas equalium temporum vt que videntur in eclypsibus diuersificent hec accidētia posita sm̄ rem magnā. ⁊ illud est qđ oportuit esse sensibile manifeste: postq̄ non acceperunt equationem diuersitatis temporis anni. ⁊ si sit illud pars vna tm̄: est tamen fere in eclypsi duarum horarum. Ex omnibus ergo que diximus ⁊ considerauimus de reuolutionibus solis: inuenimus longitudinem temporis anni non diuersificari cum inceptio ⁊ reuersio fuerit ab vno punctorum differentiarum temporum: ⁊ ad ipsum. ⁊ nō quandoqꝫ a punctis equalitatis ⁊ tropicis: ⁊ q̄nqꝫ a coniunctione stellarum fixarum. Et neqꝫ est reuersio alia propior ea que est a puncto conuersionis: aut a puncto equationis diei: aut ab alio punctorum orbis signorum a quo incipit sol: ⁊ ad qđ reuertitur. Videmus autem ꝙ oportet nos demonstrare ea que videmus: ⁊ declarare q̄ breuissime est possibile. ⁊ vt diuersitas que est inter cōsiderationem ⁊ ea que dicere voluimus non sit magne quātitatis. Ex eis vͦo que declarauit Abrachis: iam demonstratum est nobis ꝙ quantitas temporis anni: qui incipit a punctis equalitatis ⁊ conuersionis donec ad ea redeat: minor est quarta addita supra. 365. dies. neqꝫ est possibile inuenire quantitatem illius paruitatis sm̄ veritatem: eo ꝙ augmēta annorum plurium cum quarta fere deficiūt sm̄ sensum propter diuersitatis paruitatem. Et propter hoc in cōsiderationibus eorum que sunt longi temporis iam possibile est cum diuiserint dies inuentos qui superfluunt ⁊ aggregantur ex quartis per annos multos aut per annos paucos: qui sunt inter duas cōsiderationes vt sit portio vna que prouenit ex diuisione anni vnius. Acceptio vͦo huius inceptionis ⁊ reuersionis sm̄ propinquitatem veritatis est sm̄ quantitatem plurium reuolutionum ⁊ longitudinem temporis qđ est inter duas considerationes ⁊ duas inspectiones. Quantum enī tempus magis elongatur: tantum erit propinquior veritati. Neqꝫ est in his reuolutionibus ⁊ inceptione ⁊ reuersione tm̄: verum etiam in omnibus reuolutionibus ⁊ reuersionibus. Error enim qui est propter debilitatem considerationum q̄uis subtilissime accipiatur: et quāuis error sit paruus aut equalitati vicinus sm̄ sensum in eis que videntur in tēpore longo ⁊ tempore breui: tamen cum diuidetur per annos paucos: error anni erit maior: ⁊ qđ etiam aggregabitur ex eo in longitudine annorum plurium accrescet. Et cū diuidetur per annos plures: erit error minor. Quapropter videmus cōueniens esse vt sufficiat sm̄ ꝙ possibile est nobis addere longitudinem temporis qđ est inter cōsiderationes nostras ⁊ cōsiderationes antiquorum subtilium in reuolutionibus propinqui temporis. Et sm̄ huius similitudinem laborabimus addere in hac scientia. ⁊ non relinquemus ex eis que conueniunt de inquisitionibus scient̄. Inquisitio vͦo temporis totius: aut eius cuius tempus elōgatum est a longitudine temporū considerationū per tēpus longū duplū dicimus ꝙ nō est ex amore scie: neqꝫ ex amore veritatis. Eorū vͦo quoꝝ tēpus antiquatum est ex considerationibus: quas comparauimus nostris cōsiderationibus: ⁊ quibus experiemur: ⁊ cum nostris oportet vt iam accipiamus considerationes quas considerauit midan ⁊ attamin a tropicis estiualibus: ⁊ post eos aristocos. Sed propter summam eorum que sciuimus de difficultate considerationum tropicorum: ⁊ cum difficultate earum: quoniam ipsi posuerunt ipsas aggregatas ⁊ ignotas: quemadmodū illud iam declaratum fuit ab abrachi: abhorremus confidere in eis. Et vidimus vt acciperemus cōsiderationes que fuerunt in equalitate diei: ⁊ ex eis acciperemus. quoniam uoluimus subtiles considerationes abrachis: quoniam ipse accepit eas q̄subtilius: ⁊ considerationes nostras quas inuenimus absqꝫ hesitatione cum instrumento: qđ ad hoc ⁊ eius simile in ꝑncipio libri huius nostri Almagesti declarauimus.

Quapropter inuenimus principium motus solis a punctis differentiarum temporum ei⁹ ⁊ reuersionum eius ad ea in fere trecẽtis annis antecedere per diem vnum s̃m augmentum quarte diei integre in omni anno supra.365.dies. Abrachis nãqꝫ iam vehementer considerauit equalitatem autũnalẽ: quã subtilissime considerauit in anno.32.reuolutionis tertie annorum felis. ⁊ dixit ꝙ fuit in die tertio quinqꝫ dierum adiũctorum in media nocte: cuius mane fuit quarta dies. Fuitqꝫ annus ille post mortem Alexandri annus.178. Deinde post 285.annos ab anno tertio annorum attamenis: quod quidem fuit post mortem Alexandri in.463.anno considerauimus nos ẽt equalitatẽ autũnalẽ: s̃m ꝙ subtilius possibile fuit: ⁊ fuit illud in die nono mensis athus post ortum solis fere per vnam horam. Fuit ergo totum qđ aggregatũ est ex quartis dierum.285.annorum egyptiacorum.70.dies ⁊ quarta diei ⁊ vna.20.partium diei loco dierum qui aggregantur ex quartis perfectis adiunctis supra.365.dies: quos oportuit esse.71.dies ⁊ quartam diei horum annorum. Iam ergo antecessit reuersio solis ea que aggregantur ex superfluitatibus quartarum si essent integre ꝑ diem vnum absqꝫ vna.20.partium diei vnius. Similiter quoqꝫ dixit Abrachis in consideratione vernali: que fuit in anno.32.reuolutionis tertie annorum felis subtili acceptiõe qđ fuit in.27.die mensis mesir in principio diei. ⁊ fuit annus.178.post mortẽ Alexãdri. Nos quoqꝫ iam inuenimus equalitatem vernalem in anno.473.post mortem Alexandri in die septimo mensis mathur. Deinde post.285.annos: qđ fuit post mortem Alexandri in.463.anno considerauimus equalitatẽ vernalem in die septimo mensis mathur post medietatẽ diei fere per horã: ⁊ inuenimus que contingũt istis reuolutionibus ex superfluitatibus dierum aggregatorum ex quartis in istis ãnis.70.dies ⁊ quartam diei: excepta fere vna.20.partium loco.71.dierum ⁊ quarte diei: qui sunt augmentum quarte integre cuiusqꝫ horũ annorum. Iam ergo hic etiam antecessit reuersio solis vernalis superfluitatem quarte integre ꝑ diẽ vnã excepta vna.20.partiũ. ꝓportio igitur.300.annoꝝ ad.285.annos est sicut proportio diei vnius ad diem cui deest vna.20.partium diei vnius. Fit ergo vt antecedat reuersio solis ad punctum equalitatis dies qui aggregantur ex quartis integris per diem in trecentis annis. Qꝫ si nos propter multam antecessionem annorum cõparauerimus considerationes nostras in quibus non dubitamus ad considerationes midan ⁊ attamin: que fuerunt a tropico estiuali: similiter reperiemus eas. Illa enim consideratio fuit in tempore Assuris regis ciuitatis sapientũ: ⁊ in vigesimoprimo die mensis phemenut: qui est vn⁹ mensium egyptiorum: in principio diei. Et nos inuenimus s̃m veritatem cõsiderationis cũ subtilitate que fuit in anno.463.post mortem Alexandri in.11.die mẽsis memire post mediam noctem: cuius mane fuit dies duodecimus fere post duas horas. ⁊ erat qđ fuit ĩter cõsiderationem tropici estiualis: que fuit in tempore assuris: ⁊ cõsiderationem que fuit in tempore arsatochis in anno.50.reuolutionis prime accommodate feli. quemadmodum dixit Abrachis.152.anni. Et qđ fuit inter annum.50.hunc: qui fuit in anno.44.a morte Alexãdri: ⁊ inter annum.463.in quo fuit consideratio nostra est.419.anni. Si ergo in his.571.annis fuit ꝯsideratio estiualis: quã considerauit attamin in vigesimoprimo die mensis phemenut: fiet aggregatum ex augmento dierum super annos egyptiacos fere.140.dies ⁊ medietas ⁊ tertia diei loco.142.dierum ⁊ medietatis ⁊ quarte diei qui fierent in.571.annis: si quarte fuissent integre superfluentes super annos egyptiacos. Iam ergo antecessit hec reuersio in his annis dies superfluentium quartarum si fuissent integre per duos dies excepta medietate sexte partis diei. Iam ergo declaratum est: ꝙ ipsa precessit in.600.annis fere per duos dies integros in hac postrema cõsideratione. Et similiter inuenimus nos in considerationibus multis alijs postremis. Et similiter vidimus abrachim cõcessisse hoc. Ipse enim dicit in libro suo de quantitate longitudinis anni: ꝙ comparauit considerationẽ tropici estiualis: que fuit in postremo anni quinquagesimi reuolutionis felis prime ad eam quã etiã cõsiderauit vere ⁊ subtil'r: que fuit in postremo ãni.43.reuolutiõis felis tertie: vbi dixit ꝙ ostendit ꝙ in.145.annis festinat tropicus ante superfluitatem quarte per medietatẽ diei ⁊ noctis. Ipse quoqꝫ in libro suo de mensibus ⁊ diebus (postq̃ premisit sermonem) dixit: Scđm vo ꝙ dixerunt midan ⁊ attamin est lõgitudo temporis anni.365.dies ⁊ q̃rta ⁊ vna pars.76.partium ⁊ medietas diei vnius. sed s̃m ꝙ dixit felis est.365.dies ⁊ quarta tm̃. Post hoc quoqꝫ dixit: quemadmodum narrabo verbum ex verbo. Nos autem iam inuenimus menses integros contineri a.19.annis: quemadmodũ inuenerunt illi. Longitudinem vo anni inuenimus iam minorem quarta per vnã.300.partium diei vnius. ⁊ in trecentis annis desunt sermoni midã quinqꝫ dies. ⁊ sermoni felis deest vnus dies. Ubi autẽ aggregãtur eius sententie in libro suo dixit quemadmodum narrabo. Iam scripsi vnum librum de longitudine temporis anni: in quo declaraui ꝙ annus solis est tempus in quo incipit motus solis a tropico ad tropicum sui similem: aut ab equalitate ad equalitatem sui similem ꝙ cõtinet ex diebus.365.dies ⁊ minus quarta diei fere per vnã.300.partium diei vnius cum nocte sua. Neqꝫ est sicut estimant disciplinales: vt sit augmentum supra.365.

dies quarta diei integra. Estimo autem iam declaratum esse: ꝙ quātum apparuit in longitudine temporis anni vsq; ad hec nostra tempora ex reuersione solis a punctis tropici ⁊ eq̄litatis: cōueniens est huic quātitati quā nominauimus: s̄m ꝙ conuenit ex ꝯsiderationibus antiquis ⁊ nouis. Postq̄ ergo est hoc sicut diximus: fiet vt cum diuiserimus diem vnum per. 300. annos: sit portio vnius anni ex eo. 12. secūda vnius diei. Cū ergo minuerimus ea ex. 365. diebus ⁊. 15. minutis: que sunt quarta diei. remanebit tēpus anni quē scire voluimus. 365. dies ⁊. 14. minuta ⁊. 48. secūda. hic est ergo numerus dierū repertorū ex eis que diximus: s̄m ꝙ magis est possibile breuius esse. ¶ Et q̄ volunt inuestigationem solis ⁊ stellarum aliarum: ⁊ cursus earum in partibus orbis signorum: cuius inuentio est facilis: ⁊ quā demonstrant partes: que sunt in tabulis. tunc iam conuenit erudito in disciplinalibus: vt sit eius intentio et desiderium ostendere omnia que videntur in celo de motibus earum medijs: qui sunt super circulos orbium earum. ⁊ vt faciat tabulas conueniētes intentioni sue: diuidendo inter motus earū medios cursus earum in partibus orbis signorum: ⁊ inter motus qui sunt propter circulos orbium earum: propter quos est diuersitas estimata. De inde etiam tabulas coniunctionis duorum motuum simul significantes visionem cursuū earum. Et ad hoc vt ea que diximus sint faciliora ⁊ viciniores acceptionis: cum eorum fuerit necessitas: ponā tabulas motus solis medij in partibus orbis reuolutionis eius s̄m hūc modum quē dicā. ¶ Postq̄ igitur iam ostensum est: ꝙ reuersio tēporis solis est in. 365. diebus ⁊. 14. minutis ⁊. 48. secundis: fit vt cum diuiserimus per illud. 360. sc; numerum partium orbis signorum: sit motus solis medius in die vna. 59. minuta: ⁊. 8. secunda: ⁊. 17. tertia: ⁊. 13. quarta: ⁊. 12. quinta: ⁊. 31. sexta fere. Ut autem in diuisiōe hec minuta vsq; ad sexta perueniant sufficit. Nos quoq; cum iam acceperimus ex motu diei partē. 24^am. inueniemus motū solis in vna hora duo minuta: ⁊. 27. secūda: ⁊. 50. tertia: ⁊. 43. quarta: ⁊ tria quinta: ⁊ sextam vnam propinque. Et similiter cum multiplicauerimus motum diei vnius in. 30. dies sc; mēsis vnius: erit motus solis medius in mense. 29. partes: ⁊. 34. minuta: et 8. secūda: ⁊. 36. tertia: ⁊. 36. quarta etiā: ⁊. 15. quinta: ⁊. 30. sexta. Et cū multiplicauerimus motum diei vnius in numerum dierum anni egyptij sc;. 365. dies: inueniemus illud motū solis mediū in anno. 359. partes: ⁊. 45. minuta: ⁊. 24. secunda: ⁊. 45. tertia: ⁊. 21. quarta: ⁊ 8. quinta: ⁊. 35. sexta. Et etiam cum multiplicauerimus motum solis in anno in. 18. annos: propter hoc quod demonstratur ex bonitate mensurationis tabularum: ⁊ proiecerimus ex eis que aggregantur reuolutiones integras. s. queq; reuolutio. 360. superfluent ex motu solis medio in. 18. annis. 355. partes: ⁊. 37. minuta: ⁊. 25. secunda: ⁊ 36. tertia: ⁊. 20. q̄rta: ⁊. 34. quinta: ⁊. 30. sexta.

¶ Capitulum secundum De positione tabularum motus solis medij.

DEscribaz autem motus solis medij tabulas in tribus partibus quinq; temporū. Et diuidam partem in septem tabulas in longitudine: ⁊. 45. areas in latitudine. Et signabo in tabulis partis prime numerum annorum coniunctorum: ⁊ motum solis in eis. Et in tabulis partis secunde numerum annorum disgregatorum ⁊ motum solis in eis. Et sub eis numerum horarum: ⁊ motum solis in eis. Et in tabulis partis tertie numerū dierum mensium: ⁊ motū solis in eis. Et sub eis numerum dierum mensis vnius: ⁊ motum solis in eis. Et hec est tabularum descriptio.

FUit radix solis in principio regni nabuchodonosor. s. elongatio eius a longitudine longiore in orbe ecentrico: qui est eius orbis proprius. 265. gradus ⁊. 15. minuta. Et fuit tunc locus eius in orbe signorum: per motum eius medium in. 45. minutis piscis. Et per motum eius diuersum qui videtur in eo tres gradus ⁊. 8. minuta piscis fere. Et eius elongatio a luna. 70. gradus ⁊ trigintaseptem minuta.

FUit primus dies Jumedi primi anni. 359. s̄m regulam dies veneris. ⁊ primus dies veneris: qui fuit octauus ab eo: fuit annus persarum. 337. ⁊. 12. menses. ⁊ fuit dies sabbati primus quinq; dierum adiunctorum.

¶ Radix autem posita in capite harum tabularum est annoruz persarum in media die: qui fuit ante diem primum per diem vnum.

¶ Riguat est locus quadratus in quo conueniunt homines: coopertus quasi turris.

Tabula medij motus Solis.

Motus solis medius In annis coniunctis.

Anni coniuncti	ptes	m	2	3	4ª	5ª	6ª
18	355	37	25	36	20	34	30
36	351	14	51	12	41	9	0
54	346	52	16	49	1	43	30
72	342	29	42	25	22	18	0
90	338	7	8	1	42	52	30
108	333	44	33	38	3	27	0
126	329	21	59	14	24	1	30
144	324	59	24	50	44	36	0
162	320	36	50	27	5	10	30
180	316	14	16	3	25	45	0
198	311	51	41	39	46	19	30
216	307	29	7	16	6	54	0
234	303	6	32	52	27	28	30
252	298	43	58	28	48	3	0
270	294	21	24	5	8	37	30
288	289	58	49	41	29	12	0
306	285	36	15	17	49	46	30
324	281	13	40	54	10	21	0
342	276	51	6	30	30	55	30
360	272	28	32	6	51	30	0
378	268	5	57	43	12	4	30
396	263	43	23	19	32	39	0
414	259	20	48	55	53	13	30
432	254	58	14	32	13	48	0
450	250	35	40	8	34	22	30
468	246	13	5	44	54	57	0
486	241	50	31	21	15	31	30
504	237	27	56	57	36	6	0
522	233	5	22	33	56	40	30
540	228	42	48	10	17	15	0
558	224	20	13	46	37	49	30
576	219	57	39	22	58	24	0
594	215	35	4	59	18	58	30
612	211	12	30	35	39	33	0
630	206	49	56	12	0	7	30
648	202	27	21	48	20	42	0
666	198	4	47	24	41	16	30
684	193	42	13	1	1	51	0
702	189	19	38	37	22	25	30
720	184	57	4	13	43	0	0
738	180	34	29	50	3	34	30
756	176	11	55	26	24	9	0
774	171	49	21	2	44	43	30
792	167	26	47	39	5	18	0
810	163	4	13	15	25	52	30

Motus solis medius In annis disgregatis.

Anni disgregati	ptes	m	2	3	4ª	5ª	6ª
1	359	45	24	45	21	8	35
2	359	30	49	30	42	17	10
3	359	16	14	16	3	25	45
4	359	1	39	1	24	34	20
5	358	47	3	46	45	42	55
6	358	32	28	32	6	51	30
7	358	17	53	17	28	0	5
8	358	3	18	2	49	8	40
9	357	48	42	48	10	17	15
10	357	34	7	33	31	25	50
11	357	19	32	18	52	34	25
12	357	4	57	4	13	43	0
13	356	50	21	49	34	51	35
14	356	35	46	34	56	0	10
15	356	21	11	20	17	8	45
16	356	6	36	5	38	17	20
17	356	52	0	50	59	25	55
18	355	37	25	36	20	34	30

Motus solis medius In horis.

Hore	ptes	m	2	3	4ª	5ª	6ª
1	0	2	27	50	43	3	1
2	0	4	55	41	26	6	2
3	0	7	23	32	9	9	3
4	0	9	51	22	52	12	5
5	0	12	19	13	35	15	6
6	0	14	47	4	18	18	7
7	0	17	14	55	1	21	9
8	0	19	42	45	44	24	10
9	0	22	10	36	27	27	11
10	0	24	38	27	10	30	12
11	0	27	6	17	53	33	14
12	0	29	34	8	36	36	15
13	0	32	1	59	19	39	16
14	0	34	29	50	2	42	18
15	0	36	57	40	45	45	19
16	0	39	25	31	28	48	20
17	0	41	53	22	11	51	21
18	0	44	21	12	54	54	23
19	0	46	49	3	37	57	24
20	0	49	16	54	21	0	25
21	0	51	44	45	4	3	27
22	0	54	12	35	47	6	28
23	0	56	40	26	30	9	29
24	0	59	8	17	13	12	31

Motus solis medius In mensibus.

Menses	ptes	m	2	3	4ª	5ª	6ª
30	29	34	8	36	36	15	30
60	59	8	17	13	12	31	0
90	88	42	25	49	48	46	30
120	118	16	34	26	25	2	0
150	147	50	43	3	1	17	30
180	177	24	51	39	37	33	0
210	206	59	0	16	13	48	30
240	236	33	8	52	50	4	0
270	266	7	17	29	26	19	30
300	295	41	26	6	2	35	0
330	325	15	34	42	38	50	30
360	354	49	43	19	15	6	0


Motus solis medius In diebus

Dies	ptes	m	2	3	4ª	5ª	6ª
1	0	59	8	17	13	12	31
2	1	58	16	34	26	25	2
3	2	57	24	51	39	37	33
4	3	56	33	8	52	50	4
5	4	55	41	26	6	2	35
6	5	54	49	43	19	15	6
7	6	53	58	0	32	27	37
8	7	53	6	17	45	40	8
9	8	52	14	34	58	52	39
10	9	51	22	52	12	5	10
11	10	50	31	9	25	17	41
12	11	49	39	26	38	30	12
13	12	48	47	43	51	42	43
14	13	47	56	1	4	55	14
15	14	47	4	18	18	7	45
16	15	46	12	35	31	20	16
17	16	45	20	52	44	32	47
18	17	44	29	9	57	45	18
19	18	43	37	27	10	57	49
20	19	42	45	44	24	10	20
21	20	41	54	1	37	22	51
22	21	41	2	18	50	35	22
23	22	40	10	36	3	47	53
24	23	39	18	53	17	0	24
25	24	38	27	10	30	12	55
26	25	37	35	27	43	25	26
27	26	36	43	44	56	37	57
28	27	35	52	2	9	50	28
29	28	35	0	19	23	2	59
30	29	34	8	36	36	15	30


Capitulum Tertium De scientia modorum motus reuolubilis conuenientis.

Quia autem ea que iam narrauimus ꝯsequit: vt de monstremus ea que videntur et apparent de diuersitate motus solis: Uidimus vt premittamus sermonem vniuersalem. Dicam ergo quod motus solis et motus stellarum retrogradarum in celo: qui sunt secundum continuitatem signorum: et motus localis totius: qui est econtrario illorum: omnes sunt secundum reuolutionem et equalitatem et ꝯuenientes secundum naturam: scilicet quod linee recte que sunt elongationes stellarum a centris orbium ipsarum quas imaginamur mouere stellas: aut mouere orbes ipsarum in temporibus equalibus: faciunt angulos qui sunt apud centrum cuiuscunque circulorum earum equales. et quod diuersitas que apparet in eis non est nisi secundum loca et ordines circulorum: qui sunt in sphera cuiusque earum: supra quos sunt earum motus. Et neque aliquid eorum que imaginamur: scilicet quod sit contrarium permanentie eternitatis motuum earum: sicut diuersitas estimata accidit in eis vere: et neque accidit nisi secundum imaginationem. Causam vero estimationis huius diuersita

tis possibile est esse sm duos modos primos absolutos. Q, si motus stellarum qui videtur esset in orbe cuius centrum estimatur esse centrum mundi: qd̄ est in superficie orbis signorum: ⁊ neqȝ esset aspectus oculorum nostrorum nisi a centro: non videretur in motu earum diuersitas. Quapropter estimamus ꝙ motus earū sint sm vnum duorum modorum. Aut supra orbes quorum centra non sunt centrū mundi: sed sunt egredientia ab ipso: ⁊ sunt motus earꝫ medij. Aut sunt super orbes: quorꝫ centra sunt centrum mundi: sed non sunt supra ipsos sm sermonem absolute: sed sunt supra orbes alios: qui sunt supra hos orbes reuoluētes eas qui nominātur orbes reuoluentes stellas. ℂ Declarabit nāqȝ ꝙ possibile est: vt videantur sm vnumquemqȝ horum duorum modorum in temporibus equalibus trāsire super arcus diuersos orbis signorum: cuius centrum est centrum mundi. Describam autē cuiusqȝ horum duorum modorū exēplum: ⁊ primum ponam circulum orbis ecentrici.



Describam itaqȝ circulum orbis ecentrici: supra quem sint. a. b. g. d. supra quem est motus stelle equalis, cuius centrum sit. e. ⁊ eius diameter. a. e. d. sitqȝ supra ipsam nota. r. a qua est aspectus oculorum nostrorum. ⁊ ponam vt punctum. a. sit locus longitudinis longioris a terra: ⁊ punctum. d. sit locus longitudinis propinquioris terre. ⁊ secabo ex eo duos arcus equales: arcum. a. b. ⁊ arcum. g. d. ⁊ protrabam lineas b. e. ⁊. b. r. ⁊. g. e. ⁊. g. r. Declarabit ergo nobis: ꝙ cū mouet stella in tēporibus equalibus sup arcū. a. b. ⁊ arcū. g. d. estimat ꝙ trāsitus stelle fuit supra duos arcus diuersos orbis reuoluti supra centrū. r. ideo ꝙ angulus. b. e. a. est equalis angulo. g. e. d. estimamus ergo ꝙ angulus b. r. a. est minor vnoquoqȝ eorꝫ: ⁊ ꝙ angulus. g. r. d. est maior vnoquoqȝ eorꝫ. ℂ Q, si nos imaginati fuerimus motū stelle sm modū orbis reuolutionis. ⁊ descripserimus orbē cuius centrū sit centrū circuli signorꝫ: supra quē sint. a. b. g. d. ⁊ cuius cētrū sit. e. ⁊ eius diameter sit a. e. g. ⁊ descripserimus super ipsum orbem reuolutionis: supra quē reuoluatur stella: supra quem sint. r. h. t. k. supra centrum. a. et sit reuolutio centri orbis reuolutionis supra orbem cuius centrum est centrum orbis signorum: supra quem sunt. a. b. g. d. similiter declarabitur nobis: ꝙ cum fuerit motus medius orbis reuolutionis supra orbem. a. b. g. d. a puncto. a. verbi gratia ad punctum. b. ⁊ fuerit motus stelle etiam sm hoc exemplum in orbe reuolutionis: tunc cum fuerit stella supra duo puncta. r. ⁊. t. non videbitur diuersitas in puncto. a. quod est centrum orbis reuolutionis. Et cum fuerit alibi inter duo pūcta: non erit ita: sed estimabitur verbi gratia: vt cum videatur supra pūctum. h. sit motus eius maior medio sm arcum. a. b. ⁊ cum fuerit supra pūctum. k. estimabit ꝙ motus eius sit minor medio sm arcum. a. k. ℂ Scdm modū vo orbis ecentrici erit minor duorum motuū semper in longitudine longiore: ⁊ maior eorum erit in lōgitudine propinquiore: eo ꝙ angulus. a. r. b. sit minor angulo. d. r. g. semper. Sed sm modum orbis reuolutionis possibile est: vt sint ambo motus simul in longitudine longiore: verbi gratia: ꝙ centrum orbis reuolutionis non moueatur nisi ab occidente ad orientē: qd̄ est ab. a. ad. b. Cum ergo motus stelle fuerit in orbe reuolutionis a longitudine longiore ab occidente ad orientem etiam: qd̄ est ab. r. ad. b. tūc motus stelle maior erit in lōgitudine longiore: propter hoc ꝙ duo motus simul sunt in partem vnam. Sed cum motus stelle fuerit a longitudine lōgiore in orbe reuolutionis ab oriente ad occidentem: ꝙ est. ab. r. ad. k. tunc econtrario illius erit motus minor in longitudine longiore: qm̄ motus stelle est ↄtra motū orbis reuolutionis. ℂ Postqȝ ergo hec ita sunt premittam post hec ⁊ dicam: ꝙ quecūqȝ stellarum habuerit duas diuersitates: possibile est hos duos modos componi in ea: quemadmodum demonstrabimus illud in libro nostro de ea cum peruenerimus ad locum eius. Sed quecūqȝ earū fuerit non habens nisi diuersitatem vnam tm̄ vnus duorum modorū sufficiet iam nobis in ea. Omne enī qd̄ apparet in vnoquoqȝ duorum modorum reperitur non eis contrarium que sunt in altero: qm̄ proportiones in vtrisqȝ modis simul sunt vne: scȝ cum fuerit sm modum centri egredientis: proportio spacij qd̄ est inter duo centra: qd̄ est spacium aspectus oculorum a centro egrediēte ad longitudinem centri egredientis ab orbe suo: equalis proportioni longitudinis centri orbis reuolutionis ab orbe suo ad longitudinem centri orbis supra quē reuoluitur orbis reuolutionis ab orbe suo. ⁊ etiam tempus in quo erit motus stelle in orbe ecentrico ab occidente ad orientem orbe ecentrico fixo ⁊ imobili fuerit equale tēpori in quo erit motus centri orbis reuolutionis in orbe cuius centrū est aspectus oculorꝫ ab occidente ad orientē: ⁊ equale etiā tempori in quo erit motus stelle in orbe reuolutionis: sed eius motus localis erit a longitudine lōgiore ab oriente ad occidentē. ℂ Et postqȝ hoc ita est: demōstrabo breuiter: et qȝ paucissimis verbis: ꝙ totū qd̄ apparet: est in vtrisqȝ modis equale. Deinde post illud ostendam per numeros computationis diuersitatem motus solis. Et dico primum: ꝙ in vnoquoqȝ duorum modorum erit diuersitas maior que est inter motum equalem ⁊ motum qui apparet diuersus apud transitum stelle mediū intellectum cum numerabitur eius cursus a principio motus sui a longitudine longiore vsqȝ quo secet quartam orbis signorꝫ: ⁊ ꝙ tempus qd̄ est a longitudine longiore vsqȝ ad hunc transitum medium quē nomina-





uimus: est longius tempore qđ est a transitu medio vsq; ad lõgitudinem propinquiorem Quapropter fm modum orbis centri egredientis similiter erit semper. Sed fm modum orbis reuolutionis cum fuerit motus localis stelle a longitudine longiore in orbe reuolutionis ab oriente ad occidentem: erit tempus quod est a motu minore ad motũ medium: longius tempore quod est a motu medio ad motum maiorem: eo ꝙ fm vnumquẽq; duorum modorũ erit motus minor in longitudine longiore. Et cum fuerit motus localis stelle in orbe reuolutionis a longitudine longiore ab occidente ad orientẽ: erit motus stelle a longitudine longiore econtrario illius: sc; erit tempus quod est a motu maiore ad medium longius tempore quod est a motu medio ad minorem: qm̃ motus maior erit in longitudine longiore.


DEscribam itaq; stelle primũ orbẽ ecẽtricũ: supra quẽ sint.a.b.g.d.supra centrũ.e. ⁊ diametrum.a.e.g. ⁊ ponã in diametro centrũ orbis signorũ: qđ est aspectus oculorũ: supra qđ sit nota.r. ⁊ faciã transire per.r.lineam ortogonaliter super diametrum.a.e.g.supra quã sint.b.r.d.sitq; stella super duas notas.b. ⁊.d.ad hoc vt sit spaciũ earum qđ videtur a duobus finibus vsq; ad punctum.a.qđ est longitudo longior quarta circuli. Demonstrabit enĩ tũc ꝙ diuersitas maior que est inter motum mediũ ⁊ motum diuersum: erit apud duas notas.b. ⁊.d. Protrabam ergo duas lineas.e.b. ⁊.e.d. Ex hoc enĩ declarabit ꝙ ꝓportio anguli.e.b.r.ad quattuor angulos rectos: est sicut ꝓportio arcus diuersitatis ad totũ circulũ: qm̃ angulus.a.e.b.est sub arcu motus medij. ⁊ angulus.a.r.b.est sub arcu eius qđ apparet ex diuersitate. ⁊ superfluũ qđ est inter eos est ãgulus.e.b.r. Et dico ꝙ nõ erigit alius angulus: qui sit maior vnoquoq; horũ duorũ angulorũ in circulo.a.b.g.d. super lineã.e.r. Erigant ergo duo anguli apud punctũ.t. ⁊ punctũ.k.qui sint angulus.e.t.r. ⁊ angulus.e.k.r. ⁊ protrabam duas lineas.t.d. ⁊.k.d.et qr in omni triangulo linea longior subtendit angulo maiori. ⁊ linea.t.r.est lõgior linea.r.d.erit angulus.t.d.r.maior angulo.d.t.r. sed angulus.e.d.t.est equalis angulo.e.t.d.qm̃ linea.e.d.est equalis linee.e.t.ergo angulus e.d.r.qui est equalis angulo.e.b.r.erit maior angulo.e.t.r. Et quia etiam linea.d.r.est longior linea.k.r.erit angulus.r.k.d.maior angulo.r.d.k. Totus autem angulus.e.k.d.est eq̃lis toti angulo.e.d.k.quoniam linea.e.k etiam est equalis linee.e.d.ergo angulus.e.d.r.residuus qui est equalis angulo.e.b.r.est maior angulo.e.k.r.non est ergo possibile vt erigant anguli alij maiores his duobus angulis fm modum quem prediximus apud duo puncta b. ⁊.d. Jam vero demonstratum est cum hoc: ꝙ arcus.a.b.qui est tempus qđ est a motu minore ad motum mediũ: est longior arcu.b.g.qui est apud tempus qđ est a motu medio ad motum maiorem: per duos arcus qui videntur ex diuersitate. quoniã angulus.a.e.b.est maior angulo.e.r.b.per angulum.e.b.r. ⁊ angulus.b.e.g.est minor eo per ipsum.


AD hoc vero vt declaretur etiam fm modum alium: ꝙ ea que accidunt: similiter reperiuntur in eo Describã circulum cuius centrũ sit centrũ mũdi: supra quẽ sint.a.b.g supra centrum.d. ⁊ diametrũ.a.d.b. ⁊ reuolutionis orbem qui reuoluit sup ipsum ⁊ in eius superficie: supra quem sint.e.r.b.supra centrum.a.sitq; stella supra punctum.b.cum videtur eius longitudo a puncto longitudinis longioris quarta circuli. Protrabã aũt duas lineas.a.b. ⁊.d.b.g. Dico ergo: ꝙ.d.b.g.ↄtingit orbẽ reuolutiõis in pũcto.b. ⁊ ꝙ apud illum erit diuersitas maior que est inter motũ medium ⁊ diuersum. Et qr motus medius qui est a longitudine longiore: continetur ab angulo.e.a.b.propter hoc ꝙ motus stelle in orbe reuolutionis: ⁊ motus centri orbis reuolutionis in orbe.a.b.g.sunt equalis velocitatis. sed diuersitas que est inter motum medium ⁊ motũ qui videtur: continetur ab angulo.a.d.b.ergo manifestum est: ꝙ superfluum quod est inter duos angulos.e.a.b. ⁊.a.d.b. qui est angulus.a.b.d.continet spacium qđ videtur inter stellam ⁊ longitudinem longiorẽ. Et qr hoc spacium est quarta circuli: erit angulus.a.b.d.rect⁹. Quapropter erit linea.d.b.g. contingens orbem reuolutionis: supra quem sunt.e.r.b. Arcus ergo.a.g.est diuersitas maior: que est inter motum medium ⁊ motum diuersum. Quapropter arcus.e.b.qui est tempus qđ est a motu minore ad motũ medium: fm ꝙ declaratũ est hic ex motu locali stelle in orbe reuolutionis: erit maior.b.r.qui est tempus qđ est a medio motu ad maiorem per duplũ arcus.a.g. Si enim protraxerimus lineam.d.b.t. ⁊ lineauerimus.a.k.t.ortogonaliter super lineam.e.r.erit angulus.k.a.b.equalis angulo.a.d.g. ⁊ arcus.k.b. similis arcui.a.g. ⁊ cũ hoc arcu erit arcus.e.k.b.maior quarta vna. ⁊ arcus.r.b.minor quarta vna cum eo. Et hoc est quod oportuit nos demonstrare.


DEmonstrabimus autem per illud qđ narrabimus cuiq; volenti comprehendere scientiam: ꝙ totum qđ est in motuũ speciebus: sc; motuũ mediorũ et motuũ qui videntur: ⁊ qđ est inter eos ex superfluo (qđ est diuersitas) in temporibus equalibus est equale semper fm vnumquẽq; duorum modorũ. Et describam ad hoc circulum: cuius centrũ sit centrum orbis signorum: supra quẽ sint.a.b.g.supra centrum.d.et circulũ alium ei equalem: cuius centrum egrediatur a centro eius: supra quẽ sint.e.r.b.super centrum.t.super diametrum vnam ambobus cõmunẽ. quã faciam transire supra duo cen-



















tra vſqʒ ad punctū.e.qđ eſt longitudo longioꝛ: ſupꝛa quā ſint.e.a.t.d.⁊ diuidam ex circulo a.b.g.arcum ſm quā quantitatē voluerimus: ſupꝛa quē ſint.a.b.Et deſcribā oꝛbem reuolutionis: ſupꝛa centrū.b.⁊ ſm lōgitudinem.d.t.ſupꝛa quē ſint.k.r.⁊ pꝛotrabam lineam.d.b.k. Dico ergo ꝙ ſtella in vnoquoqʒ duoꝛū motuū in vno tēpoꝛe vadit ad locū ſectionis oꝛbis ecentrici ⁊ oꝛbis reuolutionis ſine dubio: qui eſt pūctū.r.⁊ erūt arcus tres ſimiles: arcus ſcʒ e.r.oꝛbis ecentrici: ⁊ arcus.a.b.oꝛbis ſignoꝛū: ⁊ arcus.k.r.oꝛbis reuolutionis.⁊ diuerſitas q̄ eſt inter motū mediū ⁊ inter diuerſum ⁊ motū ſtelle qui videtur cum hoc toto eſt ſm duos modos cū re vna ⁊ ſimilitudine vna equaliter. Pꝛotrabā ergo lineas.r.t.⁊.b.r.⁊.d.r.fit igitur figura quadrilatera: ſupꝛa quā ſunt.b.d.t.r.⁊ fiūt omnia duo latera eius oppoſita equalia: ſcʒ.t.r.equale.b.d.⁊.b.r.equale.d.t.erit ergo quadrilaterū equidiſtātiū laterum: ſcʒ.b.d. equidiſtat.r.t.⁊.b.r.equidiſtat.d.t.erūt ergo tres anguli equales: ſcʒ angulus.e.t.r.⁊ angulus.a.d.b.⁊ angulus.r.b.k.Et qꝛ ipſi ſunt apud centrum.tūc arcus qui ſubtendūtur eis ſunt ſimiles: ſcʒ arcus.e.r.circuli ecentrici: ⁊ arcus.a.b.circuli oꝛbis ſignoꝛum: ⁊ arcus.k.r.oꝛbis reuolutionis.Scđm ergo ambos motus in tempoꝛe vno vadit ſtella ad punctum.r.⁊ ad arcum oꝛbis ſignoꝝ: quē iam videtur ſtella ſecuiſſe a longitudine longioꝛe. ¶ Hoc vō ſequitur Ut ſit quantitas diuerſitatis etiam in vnoquoqʒ duoꝛum modoꝛum vna. Nos enim iā demonſtrauimus: ꝙ hec diuerſitas ſm modū oꝛbis ecentrici continetur ab angulo.d.r.t.⁊ ſm modū oꝛbis reuolutionis continetur ab angulo.b.d r. Hi autem duo anguli ſunt equales coalterni: pꝛopter hoc ꝙ iam oſtendimus: ꝙ.r.t.equidiſtat.b.d. Et manifeſtum eſt ꝙ illud in omnibus longitudinibus erit ſimiliter. Quadrilaterū nāqʒ ſupꝛa qđ ſunt.b.d.r.t.eſt ſemper equidiſtantium laterum.⁊ motus ſtelle localis in oꝛbe reuolutionis eſt qui ſignat oꝛbē ecentricum cum fuerint pꝛopoꝛtiones in vnoquoqʒ duoꝛum modoꝛum ſimiles et equales.

Demonſtrabo aūt ꝙ quātitates arcuum ſimiliū: etſi ſint diuerſarum quantitatū: tm̄ qđ videtur ex eis que accidunt in eis equale eſt ei quod videtur in illis que ſunt equalium quantitatū. ¶ Et ad hmōi exēplum circūducā circulum: cuius centrū ſit centrū mundi: ſupꝛa quem ſint.a.b.g.ſupꝛa centrū.d.ſitqʒ diameter eius ſupꝛa quā currit ſtella in longioꝛe ⁊ pꝛopinquioꝛe longitudine: ſupꝛa quā ſint.a.d.g.⁊ circulus reuolutionis reuolutus ſupꝛa centrum: ſcʒ punctū.b.cuius remotio a longitudine longioꝛe eſt arcus.a.b.ſm quam quantitatē voluerimus: ſupꝛa quē ſint.e.r. Moueatur vō ſtella in oꝛbe reuolutionis ſm quātitatē arcus.e.r.qui monſtratꝛ eſſe ſimilis arcui.a.b.ꝓpter hoc ꝙ reuerſiones oꝛbium ſunt in tempoꝛibus equalibus. Pꝛotrabam autem lineas.d.b.e.⁊.b.r.⁊.d.r. ⁊ pꝛopter hoc declarabitur ꝙ duo anguli.a.d.e.⁊.r.b.e.ſunt equales ſemper.⁊ ꝙ ſtella ſm hunc modum videtur ſupꝛa lineam.d.r.

Et dico ꝙ cū ſm modū oꝛbis centri egredientis ſit ecentricus maioꝛ oꝛbe.a.b.g. cuius centrum eſt centrum mundi: aut ſit minoꝛ eo: cū fuerint pꝛopoꝛtiones ſimiles tm̄: ⁊ reuerſiones in tēpoꝛibus equalibus: ſuper lineā.d.r.etiā videbitur ſtella. ¶ Deſcribam aūt oꝛbem ecentr icū: quem ponam maioꝛem ſicut dirimus: ſupꝛa quem ſint.h.t.⁊ ſit eius centrum.k.ſupꝛa diametrum.a.g.Et ponam ipſum etiam minorem: ſupꝛa quem ſint.l.i.ſupꝛa centrum.n.⁊ producam duas lineas.d.i.r.⁊.d.a.l.ſm rectitudinem vſqʒ ad.t.⁊ ad.h.⁊ pꝛotrabam lineas duas.t.k.⁊.i.n.⁊ ſit pꝛopoꝛtio.d.b.ad.b.r.ſicut pꝛopoꝛtio.t.k.ad.k.d.⁊ ſicut pꝛopoꝛtio.i.n.ad.n.d.ſed angulus.b.r.d.eſt equalis angulo.i.d.h.qm̄.d.h.⁊.b.r.ſunt equidiſtantes. Quapꝛopter erūt anguli quibus latera pꝛopoꝛtionalia ſubtendūtur quiſqʒ minoꝛ recto: qm̄ ſunt anguli diuerſitatis ⁊ equales.ſ.angulus. b.d.r.⁊ angulus.d.t.k.⁊ angulus.d.i.n. Linee ergo.b.d.⁊.t.k.⁊.i.n.ſunt equidiſtantes. quapꝛopter erūt anguli.a.d.b.⁊.a.k.t.⁊.a.n.i.equales. Et qꝛ omnes ſunt ſuper centra oꝛbium: erūt arcus qui ſubtendūtur eis ſimiles: ſcʒ arcus.a.b.⁊ arcus.h.t.⁊ arcus.l.i.non ergo in tēpoꝛe vno ſecat oꝛbis reuolutionis tm̄ arcū.a.b.Stella aūt ſecat arcum.e.r.ſed ſtella etiā ſecat ex oꝛbe ecentrico arcum.h.t.⁊ arcum.l.i.quapꝛopter videbitur ſemper ſuper lineam d.i.r.t.ſed in oꝛbe reuolutionis cū fuerit ſupꝛa punctū.r.⁊ in oꝛbe ecentrico maioꝛe cū fuerit ſupꝛa punctum.t.⁊ in oꝛbe ecentrico minoꝛe cū fuerit ſupꝛa punctū.i.Et ſimiliter videbitur in locis omnibus ſm omnium ſitus.Et illud eſt quod opoꝛtuit nos demonſtrare.

Accidit aūt in hoc: vt cū ſtella fuerit viſa ſecuiſſe duos arcus equalis lōgitudinis a longitudine longioꝛe ⁊ a lōgitudine ꝓpinquioꝛe: tūc diuerſitas ſit in vnoquoqʒ ipſoꝝ duoꝝ locoꝝ vna. Si eni lineauerimus circulū ſm modū oꝛbis ecentrici ſupꝛ centrū.e.ſuper quē ſint.a.b.g.d.⁊ diameter eius ſit.a.e.g.et poſuerimus aſpectum oculoꝝ ſuper diametrū a pūcto.r.tranſeūtē ſuper ipſam vſqʒ ad punctū.a.qđ eſt lōgioꝛ longitudo: ⁊ pꝛotraxerimus ſupꝛa pūctū.r.lineā ſicut voluerimus: ſupꝛa quā ſint.b.r.d.⁊ ꝓtraxerimus duas lineas.e.b.⁊.e.d.tunc duo arcus ſupꝛa quos viſa eſt ſtella pertranſiſſe: erunt oppoſiti ⁊ equales. Per quod.ſ.intelligi volumus: ꝙ anguli.a.r.b.qui eſt longitudinis longioꝛis.⁊ anguli.g.r.d.qui eſt lōgitudinis ꝓpinquioꝛis: erit diuerſitas vna: qm̄.b.e.eſt eq̄lis e.d.⁊ angulus.e.b.r.eſt equalis angulo.e.d.r. Diuerſitas ergo que eſt quātitatis arcus qui






videtur:est vna.s.arcus qui subtenditur vnicuiq; duorum anguloꝝ.a.r.b.⁊.g.r.d.Scđm quantitatem ergo illius arcus erit arcus motus stelle a pūcto.a.qđ est longitudo lōgior:maior motu medio.⁊ fm quantitatē illius arcus etiam erit arcus motus stelle qui est a puncto g.qđ est longitudo ꝓpinquior minor.ꝓpter hoc:ꝙ angulus.a.e.b.est maior angulo.a.r.b.⁊ angulus.g.e.d.est minor angulo.g.r.d.equaliter.Et illud est qđ oportuit nos demōstrare

Quod si lineauerimus circulū fm modum orbis reuolutionis:cuius centrū sit centrū mūdi:supra quē sint.a.b.g.super centrum.d.sitq; diameter eius.a.d.g.⁊ supra orbem reuolutionis sint.e.r.h.⁊ sit super centrū.a.⁊ protraxerimus a puncto.d. lineam rectam:supra quā sint.d.h.r.quocūq; modo voluerimus.⁊ protraxerim᷒ lineas duas.a.r.⁊.a.h.fiet vt arcus.a.b.sit etiam arcus diuersitatis:siue fuerit stella supra pūctū.r.siue supra pūctū.h.⁊ videatur eius longitudo a longitudine longiore in orbe signorū cū fuerit supra punctū.r.⁊ longitudo eius a longitudine propinquiore:cū fuerit supra punctum.h.vna.Qm̄ arcus qui videtur a longitudine longiore subtenditur angulo.d.r.a.Jam enī ostensum est ꝙ ipse est diuersitas:que est inter motū mediū ⁊ motū visionis.⁊ arcus visionis qui subtenditur angulo.r.h.a.ipse est etiā equalis motui medio qui est a longitudine propinquiore ⁊ diuersitati visionis:sed angulus.d.r.a.est equalis angulo.r.h.a.qm̄ linea a.r.est equalis linee.a.h. Ex his igitur colligitur etiam:vt fm diuersitatem vnā:que est angulus.a.d.b.fit motus medius:qui est apud longitudinem longiorem:maior eo qui videt᷑ Per qđ.s.intelligi volumus: ꝙ angulus.e.a.r.est maior angulo.a r.d.⁊ motus medius q̄ est apud longitudinē propinquiorē fit minor eo qui videtur:qui est ipse idē.ꝑ qđ.s.intelligi volum᷒:ꝙ angulus.h.a.d.est minor angulo.a.h.r.Et illđ ē qđ oportuit nos demōstrare.

¶ Capitulū quartū De sciētia eoꝝ q̄ apparēt ex diuersitate motus solis i aspectu ⁊ visione.


ET postq̃ꝫ premisimus ea que p̄mittenda erant de ea:premittemus nūc sermonem de eis que vident᷑ de diuersitate motus solis:propter hoc ꝙ ipsa est vna. Et ponam tempus qđ est a motu minore vsq; ad motum medium: longius tempore quod est a motu medio vsq; ad motum maiorem. Nos nāq; iam inuenimus illud conueniens ei quod videtur ⁊ apparet. Jam ergo possibile est: vt sit hoc fm vnūquēq; horum duorum modoꝝ. Sed cum ipsum fuerit acceptum fm modū orbis reuolutionis:nō erit nisi cū fuerit motus localis solis in arcu longitudinis longioris ab oriente ad occidentē. Et ꝯuenientior duoꝝ modorū quo inuestigatur scientia diuersitatis motus solis:est modus orbis ecētrici:eo ꝙ ipse est manifestior ⁊ velocior ⁊ facilior:⁊ ꝙ ipse est ex vno motu:⁊ non est ex duobus.Et postq̃ꝫ oportet vt premittamus in hoc inquisitionē inuentionis ꝓportionis orbis ecentrici solaris.per qđ intelligi volumus ꝓportionē linee que est inter duo centra.s.centrū orbis ecentrici:⁊ centrū aspectus oculorū: qđ est centrū orbis signorum ad lineam que egreditur a centro orbis ecentrici vsq; ad orbem ipsi᷒. ⁊ etiā supra quā partem orbis signoꝝ cadat pūctū longitudinis longioris orbis ecentrici:tunc declarabimus illud. Jā enī manifestū fuit ħ Abrachis vehemēti studio. Et posuit tēpus qđ est ab eq̄litate vernali vsq; ad tropicū estiualem nonagintaq̃ttuor dies ⁊ medietatem diei. Et tempus qđ est a tropico estiuali vsq; ad eq̄litatem autūnalē nonagintaduos dies ⁊ medietatem diei. Per ea ergo que declarauit nobis ex hoc tm̄ demonstrabitur quātitas longitudinis:que est inter duo centra:quā diximus esse vnā vigintiquattuor partium linee que progreditur a centro egrediente vsq; ad orbē suum.Et eius longitudo longior precedit tropicū estiuū vigintiquattuor partibus ⁊ medietate partis:fm quantitatem qua est orbis signorū.360.partes. Nos quoq; similiter inuenimus duo tempora harū duarum quartarū ⁊ has proportiones.⁊ ex hoc declarabit᷑ nobis:ꝙ orbis ecentricus fixus est in loco suo semper a duobus punctis equalitatis ⁊ conuersionis.Et vt non pretermittamus dicere hūc locum:sed eius demonstremus scientiam nostra computatione:ponemus eius declarationē per orbē ecētricū.⁊ assumemus in declaratione illius has causas apparentes ⁊ manifestas: que sunt sicut premisimus:ꝙ tempus qđ est ab equalitate vernali vsq; ad tropicum estiualem est.94.dies ⁊ medietas diei.⁊ tēpus qđ est a tropico estiuali vsq; ad equalitatem autumnalem est.92.dies ⁊ medietas diei. ¶ Nos quoq; similiter reperimus numerū dierū horū duorum spacioꝝ certificatione nostrarum considerationū de temporibus equalitatis ⁊ conuersionis estiue:quas considerauimus in anno.463.post mortem Alexandri conuenientem.Quoniam (sicut diximus) fuit equalitas autumnalis in nono die mensis athus post ortum solis. Et equalitas vernalis fuit septimo die mensis mathur:post medium diē. Aggregantur ergo inter duas considerationes ex numero dierum.178.dies ⁊ quarta diei. Et fuit conuersio estiua vndecimo die mensis mesur post mediam noctem: cuius mane fuit duodecimus dies mēsis mesur.Aggregatio igit᷑ numeri dierū:qui fuerūt ab equalitate vernali vsq; ad ꝯuersionē estiuā fuit.94.dies ⁊ medietas diei.⁊ remāserūt ex numero dierum

q̄ sunt a tropico estiuali vsq3 ad eq̄litatē autūnalē q̄ est post ipsum.92.dies ⁊ medietas diei.



Describam autem circulum orbis signoꝝ: supra quē sint.a.b.g.d.supra centrum.e. ⁊ describam duas eius diametros sese ortogonaliter secātes: ⁊ euntes supra duo pūcta conuersionū ⁊ duarū equalitatū: supra quas sint.a.b.g.d.sitq3 punctum.a. equalitas vernalis.⁊ punctū.b.ↄuersio estiualis.⁊ que sunt post hec apposita sint sm ꝙ oportet. Manifestum est igitur: ꝙ centrū orbis egrediētis centri cadit inter duas lineas.e.a.⁊.e.b eo ꝙ medietas circuli: supra quam sunt.a.b.g.est longius tempus medietate anni. quapropter secat ⁊ comprehendit arcum orbis centri egredientis maiorem medietate circuli. Et quarta: supra quā sunt.a.b.longius tempus est quarta.b.g.⁊ secat ex orbe egredientis centri ⁊ comprehendit arcū maiorē eo quē cōprehendit.b.g. Et qm̄ quidē hoc ita est. ponam punctū.r.centrū orbis egredientis centri.⁊ protrabam semidiametrum super duo centra: ⁊ supra longitudinem longiorem: supra quā sint.e.r.b.⁊ describā circulū orbis egredientis centri (qui est solis) super centrū.r.⁊ sm longitudinem quā voluerimus: supra quē sint.t.k.l.m.⁊ faciam transire duas lineas supra centrū.r.equidistantes duabus lineis.a.g.⁊ b.d.supra quarū vnam sint.n.s.q.equidistantem.a.g.⁊ supra alteram.f.c.r. equidistantem b.d.a puncto quoq3.t.ad lineam.n.s.q protrabam perpendicularē: supra quā sint.t.o.p.⁊ a puncto.k.ad lineam.f.c.r.perpendicularem: supra quā sint.k.v.x. Et q2 sol trāseundo super orbem.t.k.l.m.per motū suū mediū secat arcū.t.k.in.94.diebus ⁊ medietate diei.⁊ secat arcum.k.l.in nonagintaduobus diebus et medietate diei.⁊ est motus eius medius in.94. diebus ⁊ medietate diei.93.partes ⁊ fere.9.minuta: sm quantitatē q̄ circulus est.360.partes. et in.92.diebus et medietate diei.91.partes ⁊.11.minuta, erit ergo portio.t.k.l.184. partes ⁊.20.minuta.⁊ erūt duo arcus.t.n.⁊.l.q.qui sunt residui post medietatem circuli: q̄ttuor partes ⁊.20.minuta.vnusquisq3 ergo eorum erit due partes ⁊ decē minuta. Duplū autem arcus.t.n.est.t.p.ergo est quattuor partes ⁊.20.minuta.⁊ erit eius chorda q̄ttuor partes ⁊.32.minuta fere sm quantitatem qua erit diameter orbis centri egredientis.120.partes. Et eius medietas: que est.t.o.⁊ est equalis.e.s.erit due partes ⁊.16.minuta. Et etiā q2 tota portio.t.n.f.k.est.93.partes ⁊.9.minuta.⁊.t.n.due partes ⁊ decē minuta: ⁊ quarta supra quā sunt.n.f.90.partes.remanet arcus.f.k.cifre ⁊.59.minuta.⁊ duplum eius: quod est k.f.x.pars vna ⁊.58.minuta. Et eius chorda que est.k.v.x.erit due partes ⁊ quattuor minuta sm quantitatem qua diameter orbis egredientis centri est.120.partes.⁊ eius medietas que est.k.v.⁊ est equal'.r.s.est pars vna ⁊ duo minuta. Jā vō ostensum fuit: ꝙ linea.e.s.est due partes ⁊.16.minuta. Et q2 cū cōiunxerimus qd̄ aggregatur ex multiplicatione cuiusq3 earū in se: erit equale multiplicationi.e.r.in se.ergo erit longitudo linee.e.r.due partes ⁊.29. minuta ⁊ medium fere: sm quantitatem qua erit linea que est a centro egrediente vsq3 ad ipsius orbem.60.partes. Linea ergo que egreditur a centro egrediente ad ipsius orbem est equalis longitudini: que est inter duo centra.24.vicibus fere.¶ Et etiam q2 iam est ostensum: ꝙ linea.e.r.est due partes ⁊.29.minuta ⁊ mediū: ⁊ fuit linea.r.s.pars vna ⁊ duo minuta: ergo sm q̄titatē qua erit chorda.e.r.120.partes: erit linea.r.s.sm eā.49.partes ⁊.46. minuta fere.⁊ arcus qui erit super ipsam orbis descripti supra triangulum.e.r.s.ortogoniū: erit.49.partes: sm quantitatem qua erit circulus.360.partes. Angulus ergo.r.e.s.erit sm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes.49.partes.⁊ sm q̄titatem qua erūt quattuor anguli recti.360.partes: erit.24.partes ⁊.30.minuta. Et q2 angulus est apud centrum orbis signorum: erit arcus.b.h.qui est inter longitudinem lōgiorem ⁊ inter tropicum estiuū.24.ptes ⁊.30.minuta.⁊ remanebit vnaqueq3 duarū quartarū: supra quas sunt.q.r. ⁊.r.n.90.partes. Unusquisq3 autem arcuū.q.l.⁊.t.n.est due partes ⁊ decem minuta.⁊.m.r. est cifre ⁊.59.minuta. ergo arcus.l.m.erit.86.partes ⁊.51.minuta.⁊ arcus.m.t.erit.88. partes ⁊.49.minuta. Sol vō secat has.86.partes ⁊.51.minuta per motum suū medium in 88.diebus ⁊ octaua diei fere.⁊ secat.88.partes ⁊.49.minuta in.90.diebus ⁊ octaua diei fere. Propter hoc ergo videbit' sol secare arcū.g.d.q̄ est ab equalitate autūnali ad ↄuersionē hiemalē in.88.diebus ⁊ octaua diei.⁊ arcū.d.a.q̄ est a tropico hiemali ad eq̄litatē vernalē in.90.diebus ⁊ octaua diei fere. Jā g̊ inuenimus ex h̊ qd̄ diximus ↄuenire dicto Abrachis.

Ecūdū similitudinē vō harū quātitatū inquirā primo quanta sit maior diuersitas que est inter motū mediū: ⁊ motū qui videt'.⁊ apud que pūcta sit hec.¶ Describā itaq3 circulū orbis egredientis centri: supra quē sint.a.b.g.supra centrū.d.⁊ diametrū transeuntē a puncto.a.qd̄ est lōgitudo longior: supra quā sint.a.d.g.⁊ sit supra ipsam centrū orbis signorum supra punctū.e.⁊ protrabam a puncto.e.lineam ortogonaliter supra lineam.a.g.que sit.e.b.⁊ protrabam lineam.d.b. Et q2 sm quantitatem qua erit linea.b.d.que est a centro ad circulū.60.partes: erit.d.e.que est inter duo centra due partes ⁊.30.m̄.fere.ergo proportio.b.d.ad.d.e.est vigiesquater tātū. Scd̄m quantitatē ergo qua chorda.b.d.erit.120.partes: erit linea.d.e.quinq3 partes.⁊ arcus qui erit supra ipsam circuli continentis triangulum.b.d.e.ortogonaliter: erit quattuor partes ⁊.46.minuta fere sm





quantitatem qua erit circulus.360.partes. Quapropter angulus.d.b.e. sm illas quantitates erit quattuor partes ⁊.46.minuta;qui est angulus continens diuersitatem maiorem,et erit hoc sm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes: quattuor partes ⁊.46.minuta. ⁊ sm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti.360. partes: erit due partes ⁊.23.minuta. ⁊ sm illas quantitates:erit angulus.b.e.d.rectus.90.partes. et angulus equalis duobus angulis: qui est angulus.b.d.a. manifestum est ꝙ est.92.partes ⁊.23.minuta.Et quia ipsi sunt apud duo centra.s.angulus.b.d.a.apud centrum egrediens:⁊ angulus b.e.d.apud centrum orbis signorum: erit diuersitas maior: que est inter motum medium: ⁊ inter motum visionis due partes ⁊.23.minuta. ⁊ erunt duo arcus apud quos erit illud scꝫ arcus orbis centri egredientis:qui est motus equalis vel medius.92. partes ⁊.23.m̄. a longitudine longiore. ⁊ arcus orbis signorum:qui est motus visionis diuerse:erit q̄rta:scꝫ.90 partes:sicut iam ostendimus.Ex his aūt que demonstrauimus declarabit:ꝙ diuersitas maior erit in medietate orbis opposita huic medietati. ⁊ motus qui videtur medius erit super 270.partes a longitudine lōgiore. ⁊ motus equalis qui est sup orbē centri egrediētis:erit a longitudine lōgiore etiā super.267.ptes ⁊.37.m̄.Et illud est qd̄ oportuit nos demōstrare.


Ad hoc autem vt demonstremus etiā sm modū orbis reuolutionis per numeros: ꝙ quātitates ille sunt vne:cum proportiones fuerint sm ꝙ diximus: Describam circulum:cuius centrum sit centrum orbis signorum:supra quem sint.a.b.g super centrum.d. ⁊ diametrum.a.d.g. ⁊ orbem reuolutiōis:supra quem sint.e.r.b.supra centrum.a.Et protrabam a.d.lineam ꝯtingentē orbem reuolutionis:supra quam sint.d.r.b ⁊ protrabā lineam.a.r.erit ergo in triangulo.a.d.r.ortogonio linea.a.d.vigesiesquater tantum quantum linea.a.r. Et sm quantitatē qua erit diameter.a.d.120.partes:erit linea.a.r. quinq; partes.et arcus qui erit supra ipsam orbis descripti super triangulum.a.r.d.ortogonium:erit quatuor partes ⁊.46.minuta:sm quantitatem qua erit orbis.360.partes.Angulus ergo.a.d.r.tūc sm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes erit.4.partes ⁊.46.minuta. ⁊ sm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:erit due partes ⁊.23.minuta.Diuersitatem ergo maiorem:que est arcus,a.b.iam inuenimus ꝙ conuenit esse partes duas ⁊.23.minuta.Sed arcus motus diuersi:quia subtendit angulo,a.r.d.ortogonio:erit 90.partes. ⁊ arcus motus medij:qui subtenditur angulo.e.a.r.erit.92.partes ⁊.23.minuta Et ex hoc etiam erit arcus motus centri orbis reuolutionis.92.partes ⁊.23.minuta. Et illud est quod oportuit nos declarare.


¶ Capitulum Quintum De inquisitionibus particularibus ex diuersitate.

Et vt possimus habere cognitionem partium diuersitatis motuum in omni hora Demonstrabo etiam sm vnūquēq; duorum modorum:cum scitus fuerit aliquis horum arcuū positorum:qualiter sciantur arcus reliqui.Describam ergo primū circulū: cuius centrum sit centrum orbis signorum:supra quē sint.a.b.g.supra centrum.d. ⁊ orbem centri egredientis: supra quem sint.e.r.b.supra centrū t. ⁊ diametrum transeuntem supra centra eorum: ⁊ supra punctum.e.quod est longitudo longior:supra quam sint.e.a.t.d.Et separabo arcum.e.r.quem ponam primum verbi gratia 30.partes.Et protrabam duas lineas.r.d. ⁊.r.t. ⁊ producam lineam.r.t.vsq; ad.k.Et protrabam a.d.perpendicularem supra lineam.r.t.k.que sit.d.k.Et quia arcus.e.r.iam positus est 30.partes:erit angulus.e.t.r.qui est equalis angulo.d.t.k.30.partes:sm quantitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes.et sm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360 partes:erit.60.partes.Arcus ergo qui est super.d.k.erit.60.partes:sm quantitatē qua erit circulus ꝯtinens triangulum.d.t.k.ortogonium.360.partes.Et arcus qui est supra.k.t.qui est residuus ad complendam medietatem circuli:est.120.partes.Et erunt eorum chorde.s. chorda.d.k.60.partes:sm quantitatem qua erit.d.t.chorda.120.partes.Et erit chorda.k.t sm illam quantitatem.103.partes ⁊.55.minuta.Quapropter sm quantitatem qua erit linea.d.t.due partes ⁊.30.minuta.et linea.r.t.que est a centro.60.partes:erit.k.d.pars ⁊.15 minuta.et.k.t.sm eandem due partes ⁊.10.minuta.et tota linea.k.t.r.62.partes ⁊.10.minuta.Et quia cum ꝯiunxerimus multiplicationem cuiusq; earum in se:erit equalis multiplicationi.r.d.in se:erit chorda.r.d.62.partes ⁊.11.minuta fere:sm quantitatem qua fuit.d.k pars ⁊.15.minuta. Scd̄m quantitatem ergo qua erit linea.r.d.120.partes:erit linea.d.k. due partes ⁊.25.minuta. ⁊ arcus qui est super ipsam due partes ⁊.18.minuta:sm quantitatem qua circulus continens triangulum.d.r.k.ortogonium:erit.360.partes.Quapropter erit angulus.d.r.k.due partes ⁊.18.minuta:sm quātitatē qua erunt duo anguli recti,360.partes. ⁊ sm quantitatē qua erunt quatuor anguli recti.360.partes:erit pars ⁊.9.minuta. Illud ergo est diuersitas que erit tunc.Et sm illam quātitatē erit angulus.e.t.r.30.partes. Angulus ḡ.a.d.b.reliquus:cui subtēdit arcus.a.b.orbis signorum:erit.28.ptes ⁊.51.minuta.











TAm vo declarabit: q cum scitus fuerit angulus alius preter hunc angulū: scientur anguli reliqui: cum nos lineauerimus in simili huius figure perpēdicularem a puncto.t.ad lineam.r.d.supra quā sint.t.l. Si enim fecerimus arcum.a.b.orbis signorum notum: qui subtenditur angulo visionis.b.d.a.erit propter hoc proportio linee.d.t.ad lineam.t.l.nota. sed proportio.d.t.ad.t.r.est nota. ergo proportio.t.r.ad.t.l.est nota. quapropter erit angulus.t.r.d.qui est diuersitas notus. ⁊ angulus.e.t.r.cui subtenditur arcus.e.r.orbis centri egredientis notus. ¶ Et si nos fecerimus diuersitatem notam: que est angulus.t.r.d.erit similiter econtrario.et propter hoc erit proportio.r.t.ad.t.l.nota. Et iam sciuisti prius proportionem.r.t.ad.t.d.quapropter erit proportio.t.d.ad.t.l.nota. Et scies ex eo angulū.t.d.l.cui subtenditur arcus.a.b.orbis signoꝝ. ⁊ erit angulus.e.t.r.cui subtenditur arcus.e.r.orbis centri egredientis notus: fm illam proportionem.


DEscribam etiam circulum cuius centrum sit centrum orbis signorum: supra quē sint.a.b.g.super centrum.d. ⁊ diametrum.a.d.g. ⁊ orbem reuolutionis fm similitudinem siue proportionem illius: supra quem sint.e.r.b.t.super centrum.a. Et separabo arcum.e.r.quē etiam ponam.30.partes. Et protrahā duas lineas.r.b.d. ⁊ r.a.et producam ab.r.perpendicularem super lineam.a.e.que sit.r.k. Et quia arcus.e.r.est 30.partes: erit angulus.e.a.r. fm quantitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes 30.partes. ⁊ fm quantitatē qua sunt duo anguli recti.360.partes: erit.60.partes. Quapropter arcus qui est supra.r.k.erit.60.partes: fm quantitatem qua erit circulus ↄtinens triangulum.a.r.k.ortogonium.360.partes. Et arcus qui est supra.a.k.qui est reliquus ad complendam medietatem circuli: erit.120.partes. Et erunt eorum chorde.s.chorda.r.k.60.partes: fm quantitatē qua diameter.r.a.est.120.partes. Et chorda.k.a.fm illā quātitatē.103 partes ⁊.55.minuta. Quapropter fm quantitatē qua erit linea.a.r.due partes ⁊.30.minuta. ⁊ a.d.que est a centro ad orbem signoꝝ.60.partes: erit linea.r.k.pars ⁊.15.minuta.et linea.k.a.fm illam quantitatem due partes ⁊.10.minuta. Et tota.k.a.d.62.partes ⁊.10.minuta. Et quia aggregatum ex ductu duarum linearum.r.k. ⁊.k.d.in se: est equale ductui.d.r.in se: erit.d.r.in longitudine.62.partes ⁊.11.minuta: fm quantitatem qua fuit linea.r.k.pars ⁊.15.minuta. Scōm quantitatem ergo qua erit chorda.d.r.120.partes: erit linea.r.k due partes ⁊.25.minuta.et arcus qui est supra.r.k.due partes ⁊.18.minuta: fm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.d.r.k.ortogoniū.360.partes. Quapropter angulus.r.d.k.erit due partes ⁊.18.minuta: fm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360 partes. ⁊ fm quantitatē qua erunt quattuor anguli recti.360.partes: erit pars ⁊.9.minuta. ergo illud est diuersitas arcus.a.b. Et fm illam quantitatē etiam est angulus.e.a.r.30.partes. Remanet ergo angulus.a.r.d.cui subtenditur arcus visionis: qui est orbis signorū.28.ptes ⁊.51.m̄. Et illud est qd iā ↄuenit ei qd iā ostēsū est fm modū orbis cētri egrediētis.





ET silr cū fuerit angulus alius notus: erunt reliqui anguli noti: cū protraxerimus in eadē vel in simili huius forme perpendicularem a pūcto.a.ad lineā.d.r.supra quam sint.a.l.et si postea posuerimus arcum visionis orbis signorū notū: qui est angulus.a.r.d.erit propter hoc proportio.r.a.ad.a.l.nota. Et postq̄ iam prius facta fuit proportio.r.a.ad.a.d.nota: erit proportio.d.a.ad.a.l.nota. Quapropter erit angulus a.d.l.qui est arcus.a.b.notus. ⁊ illud est diuersitas. ⁊ angulus.e.a.r. qui est arcus.e.r.orbis reuolutiōis erit notus. ¶ Et si nos fecerimus diuersitatem notam: scz angulum.a.d.b.econtrario erit propter hoc proportio.a.d.ad.a.l.nota. Et quia iam sciuisti prius proportionem d.a.ad.a.r.erit proportio.r.a.ad.a.l.nota. quapropter erit angulus.a.r.d.notus: qui est arcus visionis orbis signoꝝ. ⁊ angulus.e.a.r.qui est arcus.e.r.orbis reuolutionis erit notus.



ET etiam in forma orbis centri egredientis hac separemus arcum.b.r.a puncto.b quod est longitudo propinquior orbis centri egredientis. ⁊ ponamus ipsum notum: scz.30.partes fm illas quantitates. ⁊ protrahamus lineas.d.r.b. ⁊.t.r. ⁊ protrahamus perpendicularem a puncto.d.super lineam.t.r.supra quam sint.d.k. Et quia arcus.r.b.est.30.partes: angulus.r.t.b.fm quantitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes: erit.30.partes. ⁊ fm quantitatē qua sunt duo anguli recti.360.partes: erit 60.partes. Quapropter arcus qui est super lineam.d.k.erit.60.partes fm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.d.t.k.ortogoniū.360.partes.et arcus qui est super.k.t.qui est residuum medietatis circuli: est.120.partes. Linee ergo que subtendunt eis: scz.d.k.est.60.partes. fm quantitatem qua erit diameter.d.t.120.partes. Et chorda.k.t.fm quantitatem eandem erit.103.partes ⁊.55.minuta. Scōm quantitatē ergo qua erit chorda.d.t.due partes ⁊.30.minuta. ⁊ chorda.t.r.que est a centro ad circulū.60.partes: erit linea.d.k.pars ⁊.15.minuta. ⁊ similiter.t.k.erit due partes ⁊.10.minuta. ⁊ residuum erit.57.partes ⁊ 50.minuta. Et quia aggregatū ex multiplicatione cuiuscꝫ duaꝝ lineaꝝ.d.k.et.k.r.in se: est equale multiplicationi.d.r.in se.erit longitudo.d.r.57.partes ⁊.51.minuta fere: fm quātitatem qua est.d.k.pars ⁊.15.minuta.ergo fm quantitatem qua erit chorda.d.r.120.partes:







erit linea.d.k.due partes ⁊.34.minuta.⁊ arcus qui est super ipsam erit due partes ⁊.27.minuta: fm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.d.r.k.ortogonium.360.partes. Quapropter erit angulus.d.r.k due partes et.27.minuta: fm quãtitatem qua sunt duo anguli recti.360.partes.sed fm quãtitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes: erit pars et.14.minuta fere. illud ergo est diuersitas. Et quia fm illas quantitates fit angulus r.t.b.30.partes: erit totus angulus.b.d.g.q̃ est arcus.g.b.orbis signoꝝ.31.partes et.14.m̃.

ET in eadem vel simili illius protraham lineam.b.d.⁊ producã super eam perpendicularem a puncto.t.que sit.t.l. Si ergo nos posuerimus arcum.b.g.orbis signorum: qui est anguli.t.d.l.notum: erit ꝓportio linee.d.t.ad.t.l.nota. Et postq̃ iam sciuisti prius proportionem linee.d.t.ad.t.r.erit proportio.r.t.ad.t.l.nota.quapropter sciemus angulum.t.r.d.qui est diuersitas. Et sciemus angulum r.t.d.qui est arcus.b.r.orbis centri egredientis. ¶ Et si nos posuerimus diuersitatem notam: per quod scʒ intelligi volumus angulũ.t.r.d.sciemus propter hoc ecõtrario ꝓportionẽ.r.t.ad.t.l. Et qr iã sciuisti prius ꝓportionẽ.r.t.ad.t.d.erit ꝓportio.d.t.ad.t.l.nota.q̃propter erit angulus.t.d.l.notus: q̃ est arcus.g.b.orbis signoꝝ. Et erit etiã ãgulꝰ.r.t.b.q̃ est arcꝰ.b.r.orbis cẽtri egrediẽtis notꝰ.

ET similiter in forma precedente circuli: cuius centrum est centrum orbis signoꝝ: ⁊ circuli orbis reuolutionis: separabo arcum a puncto.t.quod sit longitudo propinquior: supra quem sint.t.h.⁊ sit quemadmodum posuimus.30.partes.et protraham duas lineas.a.h.⁊.d.h.h r.⁊ producam perpendicularem a puncto.h.sup lineam.a.g.que sit.h.k. Et quia etiam arcus.t.h.est.30.partes: erit angulus.t.a.h.30.partes fm quantitatem qua quatuor anguli recti sunt.360.partes. Et fm quantitatẽ qua sunt duo anguli recti.360.partes: erit.60.partes.quapropter arcus qui est super lineam h.k.circuli continentis triangulum.h.k.a.ortogonium: erit.60.partes: fm quantitatẽ qua est circulus 360.partes. Et arcus qui est super lineam.a.k.residuus medietatis circuli erit.120.partes. Et erunt chorde eoꝝ scʒ chorda.h.k.60.partes: fm quantitatem qua erit diameter.a.h.120 partes. Et chorda.a.k.fm illas quantitates erit.103.partes ⁊.55.minuta. Scd̃m quantitatem ergo qua linea.a.h erit due partes ⁊.30.minuta: et linea.d.a.que est a centro ad circulũ 60.partes: erit linea.h.k pars ⁊.15.minuta. Et similiter linea.a.k.due partes ⁊.10.minuta Et linea.k.d.residua.57.partes ⁊.50.minuta. Et quia aggregatum ex ductu cuiusq̃ earum in se: est equale ductui.d.h in se.erit longitudo.d.h.57.partes ⁊.51.minuta fere: fm quantitatem qua fuit linea.k.h.pars ⁊.15.minuta. Scd̃m quantitatem ergo qua erit chorda.d.h 120.partes: erit chorda.h.k.due partes ⁊.34.minuta. Et arcus qui erit sup ipsam due partes ⁊.27.minuta: fm quantitatem qua erit circulus continẽs triangulum.d.h.k.ortogoniũ 360.partes. Quapropter angulus.h.d.k.erit due partes ⁊.27.minuta: fm quãtitatem qua sunt duo anguli recti.360.partes. Et fm quantitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes: erit pars vna et.14.minuta fere. Illud ergo est quantitas diuersitatis. Et quia fm quãtitatẽ hãc angulus h.a.k.est.30.ptes: erit totus angulus.b.h.a.qui est arcus visionis orbis signoꝝ.31.ptes ⁊.14.m̃. Qd̃ ꝯueniẽs est quãtitati quã inuenimꝰ in orbe cẽtri egrediẽtis.

ET similiter cum protrahetur perpendicularis.a.l.supra lineã.h.b.et fecerimus arcum orbis signorum notum: qui est anguli.a.b.l. erit propter hoc proportio.a.b.ad.a.l.nota. Et postq̃ iam prius sciuisti proportionem.h.a.ad.a.d.erit proportio d.a.ad.a.l.nota. Quapropter erit angulus.a.d.b. qui est arcus.a.b. notus. qui est quantitas diuersitatis Et angulus.h.a.t.qui est arcus.t.h.orbis reuolutionis erit etiam notus. ¶ Et si nos etiã fecerimus arcũ.a.b.qui est quãtitas diuersitatis notũ: qui est angulus.a.d.b.silr ecõtrario sciemus ꝓportionẽ.d.a.ad.a.l. Et qr iã prius sciuisti ꝓportionẽ.d.h ad.h.a.scies ꝓportionẽ.h.a.ad.a.l. Quapropter erit angulus.a.b.l.q̃ est arcus visiõis circuli orbis signoꝝ notus. Et ãgulꝰ.t.a.b.q̃ est arcus.t.h.orbis reuolutiõis notꝰ. Iã ḡ claruit illud.

¶ Capitulum Sextum De diuisione tabularum portionum particularium diuersitatis.

Postq̃ sit possibile per hec capitula po

nere multas tabulas diuersas partium quarum portiones diuersitatis motuũ inuestigantur: ⁊ cognoscere eas: et diuidere ad ea que volumus de inuentione quantitatum equationis diuersitatis: ⁊ diuisione eius q̃s breuissimo opere: Uidimus nobis sufficere ex hoc: ponere tabulas: in quibus sint quantitates diuersitatis opposite arcubus motus medij eq̃lis: propter facilitatem ⁊ leuitatem illius in numeratione: cum earum incubuerit necessitas. Et propter hoc elegimus vt operaremur in diuisione et separatione per prima capitula que narrauimus numeroꝝ ⁊ cõputationis: fm q̃ eoꝝ ꝓcessit declaratio cũ lineis mẽsuratis. ⁊ vt poneremus portiones arcuum motus medij: scʒ cuiusq̃ arcus portionem diuersitatis. ¶ Dico autem sermonem cõmunem: q̃ duarum quartarum que sunt a duabus partibus longitudinis longioris solis ⁊ stellarum aliarum quãq̃ diuisimus in.15. portiones equales. et

fuit quecꝫ portio sex partes. Et quãcꝫ duarum quartarum que sunt a duabus partibus longitudinis propinquioris diuisimus in .30. portiones equales. et fuit quecꝫ portio eaꝝ tres partes. Quñ quãtitates superflui diuersitatis: que est arcuum qui sunt duarum quartarum: q̃ sunt a duabus ptibus lõgitudinis ꝓpinquioris: sũt maiores quãtitatib⁹ supflui diuersitatis: q̃ est arcuũ equaliũ eis q̃ sunt duaꝝ q̃rtaꝝ: q̃ sunt a duabus ptibus lõgitudinis lõgioris.


¶ Capitulum Septimũ De positione tabularum motus solis diuersi.

Escribam autem tabularum diuersitatis motus solis etiam 45. areas in tribus partibus. In duabus autẽ primis partibus erit numerus partiũ. 360. motus medij. Et ponã vt quindecem aree prime sint duarum quartarũ: que sunt a duabus partibus longitudinis longioris. Et ponã vt triginta aree relique sint duarum quartarum: que sunt a duabus partibus longitudinis propinquioris. In tertia vero parte erunt portiones diuersitatis: ſm augmentum et diminutionem cuiuscꝫ numeroꝝ motus medij. ¶ Et ista est tabularum descriptio.

¶ Tabula diuersitatis motus Solis. ☉				
partes motus medij			diuersitas motus solis	
ptes	ptes		ptes	m̃
6	354		0	14
12	348		0	28
18	342		0	42
24	336		0	56
30	330		1	9
36	324		1	21
42	318		1	33
48	312		1	43
54	306		1	53
60	300		2	2
66	294		2	8
72	288		2	13
78	282		2	19
84	276		2	21
90	270		2	22
93	267		2	23
96	264		2	23
99	261		2	22
102	258		2	21
105	255		2	19
108	252		2	18
111	249		2	16
114	246		2	13
117	243		2	10
120	240		2	7
123	237		2	3
126	234		1	59
129	231		1	54
132	228		1	49
135	225		1	44
138	222		1	39
141	219		1	33
144	216		1	27
147	213		1	21
150	210		1	15
153	207		1	7
156	204		1	0
159	201		0	54
162	198		0	46
165	195		0	39
168	192		0	31
171	189		0	23
174	186		0	16
177	183		0	8
180	180		0	0

¶ Capitulum Octauũ De scientia loci Solis In quo est per motum eius medium.

Ostq̃ꝫ iam remansit scientia equandi locum solis per motũ eius medium: cum inquisitione diuisionis motuum eius in omni hora: Demonstrabo illud: et operabor in omnib⁹ eis etiam scꝫ in sole et in stellis alijs per considerationes nostras subtiles ꝛ veraces in motibus earũ. Et incipiam in hoc a principio regni Nabuch. cum motibus medijs quos iam demonstrauimus. Plurimum nãcꝫ quod ad nos peruenit ex considerationibus memorie cõmendatis antiquis: nõ est nisi ab hoc tẽpore. ¶ Et describam ad exemplum huius circulum: cuius centrum sit centrum orbis signorum: supra quem sint .a.b.g. supra centrũ .d. Et circulũ orbis centri egredientis: qui est solis: supra quem sint .e.r.b. supra centrum .t. ꝛ diametrum que transit super duo centra: ꝛ super punctũ .e. quod est longitudo longior: supra quẽ sint .e.a.b.g Et sit punctum .b. orbis signoꝝ punctũ autũnale. Et protrabã duas lineas .b.r.d. et .r.t. et producam lineã .r.d. et protrabam super ipsam perpendicularem a puncto .t. que sit .t.k. Et quia punctum .b. est principium libre. ꝛ punctum .g. est longitudo propinquior: ꝛ est supra quincꝫ partes et medietatem partis sagittarij: erit arcus b.g. 65. partes ꝛ .30. minuta. ꝛ angulus b.d.g. qui est equalis angulo .t.d.k. erit .65. partes ꝛ .30. minuta: ſm quantitatem qua quatuor anguli recti sunt .360. partes. Et ſm quantitatẽ qua sunt duo anguli recti .360. partes: erit .131. partes. Quapropter erit arcus qui est supra lineam .t.k. 131. partes ſm quantitatem qua erit circulus continens triangulũ .d.t.k. ortogoniũ .360. partes. Et eius chorda: que est .t.k. 109. partes et .12. minuta: ſm quantitatem qua erit chorda .d.t. vt diameter .120. partes. Scd̃m quantitatẽ ergo qua erit linea .d.t. quincꝫ partes: ꝛ chorda .r.t. 120. partes: erit linea .t.k. quatuor partes et .33. minuta. et arcus qui est supra ipsam quatuor partes ꝛ .20. minuta: ſm quantitatẽ qua erit circulus ɔtinens triãgulũ ortogoniũ .r.t.k. 360 partes. quapropter erit angulus .t.r.d. quatuor partes et .20. minuta: ſm quantitatem qua sunt duo anguli recti .360. partes. Et ſm quantitatem qua erunt quatuor anguli recti .360 partes: erit due partes ꝛ .10. minuta. Et ſm eam erit angulus r.d.g. 65. partes ꝛ .30. minuta. Angulus ergo .b.t.r. reliquus



qui est arcus.r.h.orbis centri egredie̅tis:erit.63.partes ꝛ.20.minuta. Cum ergo sol fuerit in equalitate autu̅nali:tunc ipse precedet longitudine̅ propinquiorem que est in quinq̄ partibus ꝛ medietate partis sagittarij per motum suum medium.63.partibus et.20.minutis. Et elongatur a longitudine longiore:que est in quinq̄ partibus ꝛ medietate partis Geminorum per motum suum medium:s̄m continuitatem signorum centum ꝛ sexdecem partibus et quadraginta minutis.

ET post declarationem horum:quia vna ex primis considerationibus equalitatis subtilissima ꝛ veracissima fuit consideratio equalitatis autu̅nalis in decimoseptimo annoꝝ Adriani:in die septimo mensis athus:qui est vnus mensium egyptiorum:post mediu̅ diem per duas horas fere equales: Tunc manifestu̅ est: q̄ solis in ea hora per motu̅ suum mediu̅ fuit elongatio a longitudine longiore in orbe centri egredientis:s̄m ↄtinuitatem signorum.116.partes ꝛ.40.minuta. Et aggregantur ex annis qui fuerunt a principio regni Nabuch. vsq̄ ad mortem Alexandri quadringenti ꝛ vigintiquatuor anni Egyptij. Et a morte Alexandri vsq̄ ad principium regni Augusti.294.anni. Et a principio anni primi annoꝝ regni Augusti Egyptioꝝ:quod fuit in primo die mensis thut ꝛ in media die:eo q̄ equatio stellaru̅ incipit a media die:vsq̄ ad decimu̅septimu̅ annorum Adriani.ꝛ ad diem septimu̅ mensis athus:qui est vnus mensium Egyptiorum:post media̅ diem per duas horas aquales:sunt.161.anni:ꝛ.66.dies:ꝛ due hore equales. Ergo a principio primi annoꝝ Nabuch.Egyptioꝝ:quod fuit in principio me̅sis thut:in media die vsq̄ ad horam in qua fuit hec equalitas autu̅nalis:aggregan̄t anni egyptij octingenti ꝛ septuagintanoue̅:ꝛ sexagintasex dies:ꝛ due hore equales. Et erit motus solis medius in tempore huic equali post proiectionem reuolutionu̅ integraru̅.211.partes ꝛ.25.minuta fere. Cum ergo nos addiderimus supra partes longitudinis solis a longitudine longiore orbis eccentrici:que (vt supra diximus) fuit in consideratione hac quam diximus:sc3 equalitatis autu̅nalis.116.partes ꝛ.40.minuta,360.partes:que sunt partes reuolutionis vnius.ꝛ proiecerimus ex eo quod aggregatur ex eis.211.partes ꝛ.25.minuta:que sunt superfluu̅ quod est inter duo tempora.remanebit loci motus solis medij in principio primi annoru̅ Nabuch. ꝛ primo die mensis thut:qui est vnus mensium egyptioꝝ:ꝛ in media die:longitudo a longitudine longiore:s̄m continuitatem signorum:per motum suum medium.265.partes ꝛ.15 minuta.ꝛ illud erit in quadragesimoquinto minuto prime partis piscis.

¶ Capitulum Nonum De computatione Solis ꝛ scientia certitudinis loci eius.

QUotiens voluerimus scire locu̅ solis in vnoquoq̄ tpe quesito: Assumemus quod aggregatur ex tpe loci solis vsq̄ ad tempus quesitu̅:per horas alexandrie.ꝛ mittemus illum numeru̅ in tabulas motus solis medij.ꝛ accipiemus partes que opponuntur portioni cuiusq̄ numerorum.ꝛ aggregabimus eas cum partibus loci solis que pro radice ponuntur.265.partibus ꝛ.15.minutis et proijciemus ex eo quod inde aggregatur:reuolutiones integras. Quod ergo remanebit ex partibus:proijciemus ex loco quinq̄ partiu̅ ꝛ medietatis partis geminoꝝ:qui est longitudo longior:s̄m ↄtinuitatem signoꝝ.ꝛ quo peruenerit nobis numerus:ibi dicemus solis locum per motu̅ eius medium. Deinde post hoc assumemus numeru̅ illum:qui est temporis q̄d est a longitudine longiore vsq̄ ad locu̅ solis per motum eius mediu̅:et immittemus ipsum in tabulas diuersitatis solis:et assumemus partes que opponun̄t illi numero in area tertia. Cu̅ ergo ceciderit numerus in area prima:q̄d erit cum fuerit ab vno vsq̄ ad.180.partes:proijciemus eas ex loco solis per motum eius medium. Et cum ceciderit numerus in area secunda:quod erit cum transierit.180.addemus illud supra locum solis per motum eius mediu̅. Et ita reperiemus locum solis s̄m certitudinem ꝛ visionem.

¶ Capitulum Decimu̅ De cognitione differentie.s.que est inter diem Jomin vnu̅ ꝛ nocte̅ eius:ꝛ diem Jomin alterum ꝛ noctem suam.

QUod autem videtur in sole solummodo plurimu̅ eius est quod iam narrauimus. Et sequitur illud:vt addamus supra ipsum q̄ paucissimis verbis q̄d ↄuenit nos premittere de diuersitate dieru̅ cum noctibus suis:sc3 de diuersitate que est inter diem iomin vnum cum nocte sua:ꝛ diem iomin alterum cum nocte sua.propter hoc q̄ quicquid narrauimus de motu medio:non fuit relatum nisi

ßm superfluitatem equalem: ac si dies cum noctibus suis essent equales aut equalium tem-porū. non autem videtur ita. ¶ Jam vō innotuit nobis: ꝙ reuolutio totius non est nisi ßm equalitatem supra duos polos equationis diei. cuius principia sunt a pūcto: ⁊ reuersiones eius ad ipsum: aut orbis horizontis: aut orbis meridiei. Manifestum est igitur: ꝙ reuolutio totius vna est: cuius principium est ab aliquo punctorum equationis diei: quod sit in linea orbis horizontis: aut in linea orbis meridiei: donec redeat illud punctū ad ipsum. Et iomin vnus: scꝫ dies ⁊ nox eius: ßm sermonē absolutū: est tēpus cuius principiū est ab inceptione solis a puncto orbis horizontis aut orbis meridiei vsqꝫ ad reuersionē solis ad illud punctū. Quapropter erit dies vnus medius cum nocte sua tempus in quo eleuantur ab orbe hori-zontis aut ab orbe meridiei tempora equationis diei. 360. oīa: que sunt reuolutiōis vnius: ⁊ augmentū eius qḋ eleuaꝭ ex eo cū. 59. minutis: que sunt de minutis vnius tēporis orbis centri egrediētis: qḋ est cursus solis medius in die vna. Dies vō diuersus vnus cum nocte sua: est tempus in quo eleuātur ab orbe horizontis aut ab orbe meridiei tēpora equationis diei. 360. oīa: que sunt reuolutionis vnius: ⁊ augmentū qḋ eleuaꝭ de tēporibus cum cursu solis diuerso in die vna cū nocte sua. Hec ergo portio equatiōis diei addita supra. 360. tpa necessario erit diuersa: nō equalis: ꝓpter duas causas. Quaꝝ vna est qḋ videꝭ de diuersitate motus solis. Et altera: ꝙ portiones orbis signorū equales non eleuantur ab horizonte: neqꝫ transeunt orbē meridiei cū tpibus equalibus. Diuersitas aūt que est inter diem vnū mediū ⁊ diē vnū diuersum: que est ꝓpter has duas causas: erit in die vna cum nocte sua non sensi-bilis. Cum vō aggregatur in diebus pluribus cum noctibus suis: est sensibilis ⁊ manifesta. ¶ Plurimū aūt diuersitatis dierū: que est ꝓpter diuersitatē motus solis medij: nō erit nisi ī vnaquaqꝫ duaꝝ medietatū orbis: que est inter duas lōgitudines medias: in quibus est mo-tus solis medius. Qḋ est: qm̄ illud qḋ est inter id qḋ aggregaꝭ de tpibus dierū diuersoꝝ cū noctibus suis: ⁊ inter id qḋ aggregaꝭ de tpibus dieꝝ medioꝝ cum noctibus suis: erit q̄tuor tpa ⁊ medietas ⁊ q̄rta tpis fere: aut addita sup ea: aut diminuta ab eis. Tpa aūt que sūt inter augmētū sup mediū: ⁊ diminutionē ab eo: sunt duplū illius: qḋ est nouē tpa ⁊ dimidiū tpis: ꝓpter hoc: qm̄ qḋ videꝭ de trāsitu solis diuerso: cum fuerit in medietate in q̄ est longitudo longior: erit diminutio eius quatuor tpa ⁊ medietas ⁊ q̄rta tpis. Et cum fuerit in medietate orbis in qua est longitudo ꝓpinquior: erit augmentū eius q̄tuor tpa ⁊ medietas ⁊ q̄rta tpis ¶ Plurimū vō diuersitatis dierū: que est ꝓpter diuersitatē eoꝝ que eleuanꭍ ⁊ occidūt: non erit nisi in duabus medietatibus circuli q̄ inueniunꭍ esse duo pūcta conuersionū in vnaquaqꝫ duaꝝ medietatū orbis signoꝝ. Diuersitas nāqꝫ que est inter tpa equationis diei: que eleuanꭍ cum vnaquaqꝫ haꝝ duaꝝ medietatū: ⁊ iter id qḋ videꝭ de tpibus. 180. equalibus: est diuer-sitas que est inter diē longiorē aut diē breuiorē ⁊ diē equalē. Et erit qḋ est inter tpa que ele-uanꭍ cum vnaquaqꝫ haꝝ duaꝝ medietatū diuersitas que est inter diē ⁊ noctē longiorē ⁊ in-ter diē ⁊ noctē breuiorē. ¶ Plurimū aūt diuersitatis que erit ꝓpter diuersitatē eleuationū in medio celi: erit in duabus lōgitudinibus ꝯtinētibus duo signa: que ambo sunt: aut a dua-bus partibus cuiusqꝫ punctoꝝ duoꝝ tropicoꝝ: aut a duabus partibus cuiusqꝫ duoꝝ punctoꝝ duaꝝ equalitatū. Diuersitas aūt que erit inter vnūqḋqꝫ eoꝝ que sunt apud ambos tropicos ⁊ inter tēpus equale: erit quatuor tpa ⁊ dimidiū tpis fere. Sed diuersitas que erit inter vnū-qḋqꝫ eoꝝ que sunt apud ambas equalitates ⁊ iter vnūqḋqꝫ eoꝝ que sunt apud duos tropi-cos: ⁊ inter tempus equale: erit nouē tpa. Unū nāqꝫ eoꝝ minuit ex tpe equali: ⁊ aliud addit supra ipsum quantū est qḋ minuit primū. Quapropter posuimus initiū dierū ⁊ noctiū in eq̄-tione cōputationis locoꝝ stellaꝝ a medio celo: ⁊ nō ab eleuatiōibus solis: neqꝫ ab occasibus ipsius. Diuersitas nāqꝫ que videꝭ apud horizontas: possibile est vt sit in horis pluribus: ⁊ nō sit illud ita in oī loco. Diuersificaꝭ nāqꝫ illud cum diuersitate augmenti diei ⁊ diminutione eius in vnaquaqꝫ declinationū sphere. Diuersitas vō que est in medio celi: est vna in oī loco Neqꝫ augeꝭ eius diuersitas sup id qḋ aggregaꝭ de tpibus que aggreganꭍ ex diuersitate so-lis ⁊ eleuationibus medij celi. ¶ Et plurimū diuersitatis que erit ex aggregatiōe hoꝝ duoꝝ modoꝝ simul: quoꝝ diuersitas est que est ꝓpter solem: ⁊ ea que est ꝓpter mediū celū: erit in duabus longitudinibus in quibus est diuersitas que est hoꝝ duoꝝ modoꝝ: aut cum augmē-to simul: aut cum diminutione simul. Locus aūt diminutionis est a medietate aquarij vsqꝫ ad finē libre. ⁊ locus augmenti est a principio scorpij vsqꝫ ad medietatem aquarij: propter hoc ꝙ plurimū qḋ addit vnaqueqꝫ harū duaꝝ portionū aut minuit ꝓpter diuersitatē solis est tria tpa ⁊ due tertie tpis. Et ꝓpter mediū celū quatuor tpa ⁊ due tertie tpis fere: donec sit plurimū qḋ aggregaꝭ ex diuersitate dierū cum noctibus suis aggregatū ex duobus modis simul in vnaquaqꝫ duaꝝ portionū. Qḋ aūt est inter ipsaꝫ ⁊ inter mediū: est octo tpa ⁊ tertia temporis: que sunt medietas vnius hore equalis ⁊ vna decem ⁊ octo partiū hore. Qḋ autē est inter dies cū noctibus suis augmētatos ⁊ diminutos: est duplū illius scꝫ. 16. tempora et due tertie tpis: qḋ est vna hora equalis ⁊ nona pars hore. Hec vō quātitas cum dimissa fu-erit in sole ⁊ stellis alijs: non eueniet ꝓpter eius dimissionē quantitas sensibilis in inquisi-

tione eoꝝ in aliquo eoꝝ que videntur. In luna aũt ꝓpter velocitatẽ sui cursus erit diuersitas manifesta sensibilis: scꝫ erit quasi tres quinte vnius partis.

AD hoc aũt vt possimus dies ↄuertere cũ noctibus suis tꝑales diuersos datos: qui sunt in qualibet duaꝝ medietatũ duaꝝ lõgitudinũ: scꝫ qui sunt a medietate diei aut a medietate noctis: vsqꝫ ad medietatẽ diei aut vsqꝫ ad medietatẽ noctis: et facere eos dies medios equales: Considerabimus quãta sit longitudo dierũ cũ suis noctibus: que est inter locum primũ notũ: in quo fuit sol: ⁊ inter locũ eius secundũ: ad quẽ ꝑuenit in illis diebus cum noctibus suis. et in quo loco partiũ orbis signoꝝ fuit: ⁊ ad quẽ peruenit per cursum mediũ ⁊ per cursum diuersum. Deinde post hoc assumemus qđ ex partibus erit inter duo loca per motũ solis diuersum qui videtur. et mittemus illud in tabulas eleuationũ sphere recte. ⁊ ↄsiderabimus quot tꝑa equationis diei quibus celũ mediatur: sint coram ipsis Deinde assumemus superfluũ qđ erit inter illa tꝑa inuenta ⁊ inter partes motus medij: ⁊ videbimus quantitatem illius superflui: quota scꝫ pars sit vnius hore equalis. ⁊ seruabimus ipsam. Cum ergo fuerit numerus tempoꝝ maior longitudine partiũ motus medij: addemus illud numero dierũ cum noctibus suis positoꝝ. Et cum ille fuerit minor: minuemus ipsum ex numero dieꝝ. Qđ ergo prouenit post augmentũ vel diminutionẽ: est qđ comprehensum est ⁊ ↄuersum ex diebus diuersis in dies equales cum noctibus suis. Per hos ergo dies cõprehẽsos equabis cõputationẽ lune per motum suũ mediũ: qui est in tabulis lune. ¶ Et ex hoc manifestũ est nobis: ꝙ cum voluerimus cõuertere dies medios equales cum noctibus suis in dies tꝑales diuersos cum noctibus suis: assumemus augmentũ illoꝝ tempoꝝ: aut diminutionẽ ipsoꝝ: ⁊ operabimur per ipsum ſm ↄuersionẽ eoꝝ que narrauimus. ¶ Fuit aũt locus in quo fuit sol ſm computationẽ nostram in principio annoꝝ Nabuchodono. in prima die mensis thut: qui est ex mensibus egyptioꝝ: in media die: per motũ eius mediũ (sicut iam ostendimus ante hec parum) in quadragesimoquinto minuto prime partis piscis. Et ꝑ motum suum diuersum in tertia parte ⁊ octauo minuto piscis fere.

Expleta est dictio Tertia Almagesti Ptolemei Pheludiensis.

CUm addideris suꝑ annos iazdaiart ⁊ menses ⁊ dies eius. 955. annos ⁊ tres menses: erũt qui ꝑueniũt anni Alexandri: per quos intraui in canonẽ theonis alexandrini. Et cum addideris annis iazdaiart et mensibus eius et diebus. 1379. annos ⁊ tres menses: erunt qui prouenerint anni Nabuchodo. qui sunt anni per quos intrabis in hunc librum.

¶ Ferie annorum.	Feria
¶ Primus dies annorum Alexandri	2
¶ Primus dies annorum Philippi	1
¶ Primus dies annorum Nabuchodonosor	4
¶ Primus dies annorum Diluuij	5
¶ Primus dies annorum Arabum	5
¶ Primus dies annorum Jazdaiart regis persarum	3
¶ Primus dies annorum Diocletiani	5

¶ Reductio erarum.	Anni	Mẽses	Dies
¶ Quod addunt anni Alexandri super annos Christi	311	3	2
¶ Quod est inter annos Philippi ⁊ annos Jazdaiart	955	3	0
¶ Quod est inter annos Philippi ⁊ annos Arabum	945	3	26
¶ Quod est inter annos Diluuij ⁊ annos Jazdaiart	3735	10	23
¶ Quod est inter ãnos Nabuchodono. ⁊ ãnos Jazdaiart	1379	3	0
¶ Quod est inter annos Alexandri ⁊ annos Arabum	932	9	17
¶ Quod est inter annos Christi ⁊ annos Arabum	621	6	15

CLL. Ptolemei Pheludiensis Dictio Quarta libri Almagesti Undecem capitulis rite fabricata succedit.

C Capitulum primū ex quibus ↄsiderationibus oporteat esse inuestigationem Lune.
C Capitulum secundum de scientia temporum reuolutionum lune.
C Capitulum tertium de scientia diuidendi motus lune medios.
C Capitulum quartū de positione tabularū in quibus sunt motus lunares medij.
C Capitulum quintum de duobus modis: scȝ modo centri egredientis ⁊ modo orbis reuolutionis in motibus lune significantibus rem vnam.
C Capitulum sextum de demonstratione diuersitatis motus lunaris prime singularis.
C Capitulum septimum de equatione medij cursus lune in longitudine ⁊ diuersitate.
C Capitulum octauum de scientia loci motuum lune medioꝝ in longitudine ⁊ diuersitate.
C Capitulum nonum de equatione cursus lune medij in latitudine ⁊ principio sui.
C Capitulum decimū de positione computationis ⁊ tabulaꝝ diuersitatis lune singularis.
C Capitulum vndecimū ꝙ quantitas diuersitatis lune non est propter diuersitatem duoꝝ modoꝝ: sed ꝑpter diuersitatē cōputationis ⁊ fallacie estimatiōis in sermone Abrachis.

C Capitulum Primum Ex quibus considerationibus oportuit esse inuestigationes lune.



Am narrauimus et demonstrauimus in dictione que est ante hanc: totum qd̄ contingit in motu solis. Et postq̄ȝ voluimus incipere post illud (ſm ꝙ sequitur) loqui de motu lune: Uidimus ꝙ primū per quod oportet nos inquirere illud ex ↄsiderationibus est vt non sit illud ſm tentationē. sed quidem in comprehensione illius totius oportet vt assumamus demonstrationes que non sunt ex longitudine temporum tm̄: sed sunt ex ea ⁊ ex horis in quibus etiam fuerunt eclypses lunares. Per has nāqȝ tm̄ reperiuntur loca lune ſm veritatem. In toto enim quod videtur ex alijs considerationibus: scȝ que sunt aut ex loco lune a stellis fixis in cursu suo: aut propter instrumenta: aut propter eclypses solis: possibile est vt sit error magnus: propter diuersitatem aspectuum lunarium. In comprehensione autem partium illius: et diuisionum eius per illas considerationes et per considerationes alias comprehenditur illud. Longitudo enim que est inter spheram lune et inter centrum terre: non est equalis longitudini orbis signorum: ita vt sit quantitas magnitudinis terre apud ipsum sicut punctum. Necessarium est ergo vt non sit linea que producitur a centro terre: qd̄ centrum est orbis signorum: ⁊ transit supra centrum lune vsqȝ ad partes orbis signoꝝ: ad quem ↄsideranť vere transitus omniū stellarum ſm sensum in omni hora: equalis linee que producitur a loco faciei terre: scȝ linee aspectus oculoꝝ: que ꝑducitur vsqȝ ad centrum lune: supra quam videtur lune transitus visibilis. Cum ergo fuerit luna supra sūmitatem capitis ↄsideratoris: tunc tm̄ erunt due linee vna: scȝ que protrahitur a centro terre: ⁊ ab aspectu ↄsideratoris: vsqȝ ad centrum lune: ⁊ vsqȝ ad orbem signoꝝ. Sed cum fuerit luna inclinata quolibet modo a sūmitate capitis ↄsideratoris: diuersificabunt se due linee: et secabunt se ſm quantitatem declinationis lune. Quapropter non erit cursus lune visibilis equalis vero. qm̄ visus mouetur ⁊ deprimitur ad locum post locum diuersum a locis orbis signorū: quos separant linee que transeunt per centrum terre: super quem cadunt visus ſm quantitatem anguloꝝ qui sunt ex declinatione earum lineaꝝ ⁊ sectione earum. Ex hoc igiť accidit in eclypsibus solis: que sunt propter transitum lune ⁊ tegumentū solis ab oculis: cum ceciderit in vmbra pineali: que est inter oculos ⁊ inter solem: vt fiant tenebre diuerse a principio sui vsqȝ ad finem eius. neqȝ sint ſm habitudinē vnam in omni loco: neqȝ in magnitudine: neqȝ in temporibus: propter causas quas prediximus: ꝙ luna per eas cooperit solem ⁊ erunt que ex eo cooperiuntur loca diuersa corporis eius. In eclypsibus autem lunaribus nihil eorum accidit que ↄtingunt propter diuersitatem aspectuum lunarium. Aspectus enim oculoꝝ non est causa eoꝝ que accidunt lune ex eclypsi. Luna autem non illuminatur nisi a lumine solis. sol ergo semper illuminat supra totam medietatem sphere eius oppositam soli ⁊ in quibusdam temporibus videtur tota luna plena lumine: qm̄ medietas sphere eius illuminata: est tunc tota inclinata nobis: facie eius ad nos versa. Cum autem fuerit oppositio lune ⁊ solis: in qua erit casus eius in vmbra terre pineali: cuius reuolutio semper est ↄtraria reuolutioni solis. tunc tenebrabitur ⁊ minuetur ex lumine eius ſm quantitatem qua cadit in

vmbram ex ea: ⁊ tegit terra ex lumine solis ab ea. Quapropter videtur eclypsis lune in omnibus finibus terre s̄m habitudinē vnam in quantitate eius quod eclypsatur ex ea: ⁊ in quātitatibus tempoꝝ eclypsis. Et propter hoc oportet in oībus que inuestigamus ex rebus lune: vt premittamus inquisitionem locoꝝ lune veroꝝ: ⁊ non locoꝝ eius apparentium s̄m visum Eorum nāq; que sunt equalia ⁊ similia ⁊ s̄m mensurationem vnam: conuenit ⁊ oportet nos premittere narrationem ante positionem eius qd̄ est diuerse mensurationis. Et dico: ꝙ non conuenit in inquisitione locoꝝ lune veroꝝ operatio ꝯsiderationum eclypsium solarium: qm̄ loca comprehendunt̄ ꝑ visus considerantiū. et neq; conuenit nisi operatio considerationū eclypsium lunarium tm̄modo. non enim per visum iuuatur in ea ad comprehendendū loca lune. qm̄ pars orbis signoꝝ in qua erit sol tempore medie eclypsis: est ea in qua est centrum lune in oppositione solis in longitudine s̄m veritatem. Manifestum est igitur ꝙ centrum lune erit in parte opposita soli s̄m veritatem in tempore medie eclypsis.

Capitulum Secundum De scientia temporum reuolutionum lune.

COnsiderationes quibus ꝯuenit nos inuestigare scientiam sūme eoꝝ que ꝯtingunt in luna: sunt quas premisimus: ⁊ posuimus exemplū. Modū aūt quo operati sunt antiqui: ⁊ ex quo sumpserunt demonstrationes: ⁊ quo voluimus discernere inter illud qd̄ iam ꝯuenit de duobus modis: ⁊ inter illud qd̄ videt̄: s̄m id quo planius ⁊ manifestius fit operatio: laborabimus declarare. Et q̄r luna videtur moueri s̄m diuersitatē in longitudine ⁊ latitudine: nō secans orbē signoꝝ in oī hora in temporibus equalibus: neq; in transitu eius in latitudine vsq; ad ipsius reuersionē in temporibus equalibus. ⁊ necessarium est vt non sit possibile inuenire reuolutiones alias absq; inuentione tempoꝝ reuersionis diuersitatis lune. Luna vō iam videtur in oī parte orbis signoꝝ s̄m species ꝯsiderationū moueri motu maiore: ⁊ motu minore: ⁊ motu medio. ⁊ videt̄ moueri inclinata ad duas partes linee orbis signoꝝ: sc; ad longitudinem eius longiorem in septentrione ⁊ meridie: ⁊ in medio linee orbis signoꝝ. Conuenienter ergo antiqui doctrinales perscrutati sunt tempus: in cuius equali moueret̄ luna semꝑ in lōgitudine motu equali. per hoc nāq; tm̄ possibile est equari diuersitatē lune. Et posuerunt ꝯsiderationes eclypsium lunariū ꝑpter causas quas prediximus. ⁊ cogitauerunt que longitudo tp̄is: ⁊ multitudo mēsium sit equalis multis tp̄ibus equalibus: ꝯtinēs reuolutiones equales in longitudine: siue reuolutiones integras: siue cum quibus sint arcus equales. Qui aūt his antiquis sunt antiquiores: dixerunt sermonē cōmuniorē ⁊ ꝯuenientiorē: sc; ꝙ hoc tēpus est sex milia ⁊ quingenti ⁊ octuagintaquinq; dies ⁊ tertia diei. Ipsi enī viderūt ex hoc numero dierū cōpleri ducentos ⁊ vigintitres menses fere. Et ex reuersionibus diuersitatis ducentas ⁊ triginta nouē reuersiones. Et ex reuersionibus latitudinis ducentas ⁊ quadragintaduas reuersiones. Et ex reuolutionibus cursus in longitudine reuolutiones ducentas ⁊ quadragintaunā: ⁊ etiā decē partes ⁊ duas tertias partis: que sunt partes quas supfluit sol in decē ⁊ octo reuolutionibus huius tp̄is qd̄ prediximus. ⁊ ꝙ he reuersiones non vident̄ nisi ex loco suo a stellis fixis. Et noiauerunt hoc tēpus ꝯtinens. qm̄ ipsum est tempus primū: qd̄ reducit diuersitates motuū ad reuersionē vnā fere. Et vt ipsi equarent hoc tēpus: ⁊ facerent dies eius integros: multiplicauerunt numerū dierū eius in tres: ⁊ facti sunt decē ⁊ nouē milia ⁊ septingenti ⁊ quinquagintasex dies. ⁊ vocauerunt illud cursum. Et similiter multiplicauerunt numerū mensium et reuolutionū ⁊ reuersionū omniū in tres: ⁊ facti sunt menses sexcenti ⁊ sexagintanouē. Et reuersiones diuersitatis septingente ⁊ decem ⁊ septem. Et reuersiones latitudinis septingente ⁊ vigintisex. Et reuolutiones cursus in longitudine septingente ⁊ vigintitres: ⁊ etiam partes trigintadue: que supfluit sol in quinquagintaquatuor reuolutionibus in hoc tp̄e. Abrachis aūt iam etiā declarauit cum intellexit ex ꝯsideratiōibus suis ⁊ ꝯsiderationibus chaldeoꝝ: ꝙ hoc tempus ⁊ menses ⁊ reuolutiones ⁊ reditiones non sunt s̄m veritatem. Ipse enī demonstrauit ꝑ ea que posuit ex reuolutiōibus. ꝙ numerus primus qui est dierū in quibus tēpus eclypsis semꝑ est in mensibus equalibus ⁊ motibus equalibus circularibus: est centū milia ⁊ vigintisex milia ⁊ septem dies: ⁊ vna hora equalis. Et illud est quo reperit cōpleri ex mensibus menses quatuor milia ⁊ ducentos ⁊ sexagintaseptem. Et ex reuersionibus diuersitatis quatuor milia quingentas ⁊ septuagintatres reuersiones. Et ex reuolutionibus orbis signoꝝ quatuor milia ⁊ sexcentas ⁊ duodecē reuolutiones: exceptis septē partibus ⁊ medietate partis fere: que sunt partes quas minuit sol in trecentis et quadragintaquinq; reuolutionibus huius temporis. Et ꝙ he reditiones nō vident̄ etiā nisi ex loco eius a stellis fixis. Et ex hoc inuenit Abrachis tēpus mediū mensurnū lunare: vbi diuisit numerū hoꝝ dieꝝ per quatuor milia ducentos ⁊ sexaginta septem menses. Prouenit enī numerus dieꝝ mensis lunaris. 29 dies ⁊. 31. m̄. ⁊. 50. 2ª. ⁊. 8. 3ª. ⁊. 9. 4ª. ⁊. 20. 5ª. fere. In longitudine aūt tēporis huius non declarauit: nisi ꝙ due longitudines alternate que sūt ab eclypsi lunari vsq; ad eclypsim lunarē

sunt equales. Et per hoc declarabitur diuersitas. qm̄ per longitudinē huius tpis erunt menses semp equales: ⁊ reuolutiones in lōgitudine equales: scꝫ quatuor milia sexcente ⁊ vndecē cū quibus erūt partes equales trecente ⁊ quinquagintadue ⁊ medietas partis: sm ꝙ sequit̃ ex piunctione lune cum sole. Per piunctionē scꝫ intelligimus piunctionem ⁊ oppositionem ¶ Q; si aliquis dixerit: Non inquiro numerū mensiū ab eclypsi lunari ad eclypsim lunarē. sed inquiro qđ est a piunctione vsqꝫ ad piunctionē sibi equalē: aut ab oppositione vsqꝫ ad oppositionē sibi similē. reperiet numerū reditionū diuersitatis: ⁊ numerū mensiū minorū: cū acceperit numerū vnū cōmunē tm̄ his duabus longitudinibus: numerantē eas: qui est vna decem ⁊ septem partiū cuiusqꝫ earū que aggregat̃ ex numero mensiū: scꝫ ducentoꝝ ⁊ quinquagintaunius: et ex numero reuersionū diuersitatis: scꝫ ducentaꝝ ⁊ sexagintanouē. In hoc aūt tpe non complent̃ reuersiones latitudinis. Alternatio nāqꝫ eclypsiū non demonstrat̃ seruare equalitatē: nisi sm quantitatē longitudinis tpis: ⁊ reuolutionū que sunt in longitudine: ⁊ non sm quantitatem magnitudinis: neqꝫ sm quantitatē similium tenebrarum: quibus comprehenditur latitudo

Post ea aūt que iam premissa sunt de cōprehensione scientie tpis reuersionū diuersitatis: posuit Abrachis longitudines mensiū in quibus fuerunt eclypses similes in oi modo: scꝫ in magnitudine in temporibus tenebraꝝ: in quibus non fuit aliquid diuersitatis ꝑpter diuersitatē lune. propter hoc declarabit̃ reuersio lune in latitudine. Et manifestū est ꝙ hec reuolutio cōplet̃ cum quinqꝫ milibus ⁊ quadringentis ⁊ quinquagintaocto mensibus. ⁊ reuolutionibus in latitudine quinqꝫ milibus nongentis ⁊ vigintitribus. Modus aūt quo opati sunt antiqui: qui fuerunt ante nos: in cōprehensione huius ⁊ similis ei: est quē iā narrauimus. Jam vo declarabit̃ nobis: ꝙ illud non est planū: neqꝫ inuentum: vel inuentioni propinquum. imo inquisitione indiget: vehementiqꝫ studio: ⁊ scientia que non est parua. Et illius ostensio est: vt ponamus ꝙ tempus harū duarū longitudinū inuentū est sm veritatē: scꝫ ꝙ ipsum est equale. Dico ergo primū: ꝙ in eo nō est vtilitas: nisi si sol fuerit aut non habens diuersitatē: aut fuerit eius diuersitas vna in vnaquaqꝫ duarum longitudinū: Si eni non fuerit ita: ⁊ fuerit propter solem diuersitas: quēadmodum prediximus. tunc ex reuolutionibus solis reuolutiones equales non erunt etiā in tēporibus equalibus. Et manifestū est: ꝙ neqꝫ reuolutiones equales: que sunt ex reuolutionibus lune: erunt etiam in temporibus equalibus. Cum enim fuerint verbi gratia tempora annoꝝ integroꝝ equalia: quoꝝ principia sunt ab vnaquaqꝫ duaꝝ longitudinū mediaꝝ: ⁊ cum eis fuerit tempus medietatis anni superfluens. ⁊ in hac medietate non fuerit principium motus solis: sed fuerit aut a longitudine prima: que est transitus medius: scꝫ a piscibus. aut a longitudine secunda: que est trāsitus medius: scꝫ a virgine. tunc sol minuet de medietate circuli sui in suo transitu a longitudine longiore quatuor partes ⁊ medietatē ⁊ quartā partis fere. ⁊ in trāsitu suo a longitudine secunda addet illas partes: que sunt quatuor ⁊ medietas ⁊ quarta. Quapropter erit cursus lune in tpibus equalibus post reuolutiones integras a lōgitudine prima centum ⁊ septuagintaquinqꝫ partes ⁊ quarta partis. ⁊ a longitudine secunda centū ⁊ octuagintaquatuor partes et medietas et quarta partis. Dico ergo primo: ꝙ primū qđ accidit in latitudinibus propter solem: oportet vt aut sit sol ptinens reuolutiones integras. aut vt superfluat in vna duarū longitudinū medietate circuli: que est a longitudine longiore. aut vt superfluat in longitudine altera medietate circuli: que est a longitudine ꝑpinquiore. aut vt sit principium motus eius in vnaquaqꝫ duaꝝ longitudinū a loco vno. aut vt sit eius longitudo a longiore longitudine ⁊ a longitudine propinquiore equalis in eclypsi prima in longitudine prima. ⁊ in eclypsi secunda in longitudine altera. Sic ergo aut nō erit diuersitas: aut erit diuersitas vna propter diuersitatem solis in vnaquaqꝫ duaꝝ longitudinū. Quapropter erunt arcus qui superfluunt equales: scꝫ aut equales ad inuicem: aut equales ⁊ equales medio. Et dico secūdo: ꝙ nos oportet loqui in cursu lune que similia sunt eis que prediximus de scientia in cursu solis. Si eni illud remanserit non comprehensum: possibile etiam erit vt luna videat̃ secare multotiens in tpibus equalibus arcus equales in longitudine absqꝫ reuersione que sit diuersitatis lune oino. ⁊ erit illud cum fuerit principiū cursus lune in vnaquaqꝫ duaꝝ longitudinū: ab vno loco: vbi erit cursus eius augmentatus: aut cursus eius diminutus: neqꝫ reuertet̃ ad ipsum. Et hoc cum fuerit principium cursus eius in vna duarum longitudinū a loco cursus maioris: ⁊ finis eius ad locū cursus minoris. et in longitudine altera: cum fuerit principiū cursus eius a loco cursus minoris: ⁊ finis eius ad locū cursus maioris. Et cum fuerit principiū cursus primi: qui est in vna duaꝝ longitudinū: ⁊ principiū cursus alterius qui est in longitudine altera: equalis longitudinis ab vnoquoqꝫ duoꝝ locoꝝ: scꝫ a loco cursus minoris: ⁊ a loco cursus maioris. Cum ergo fuerit vnūquodqꝫ eoꝝ que prediximus quēadmodū narrauimus. fiet vt aut non sit lune diuersitas: aut vt sit diuersitas vna Quapropter erunt arcus superfluentes qui sunt in longitudine equales. Reuersio vo diuersitatis non erit oino. non ergo oportet vt accidat in his tpibus acceptis aliqđ hoꝝ acciden-

armillam alteram sup supficiem apparentẽ. cuius supficies interior ↄtingat duas supficies
duaꝝ armillaꝝ cõpositarũ apparentes in omni loco ⁊ ex omni parte tactu vero. ⁊ ponemus
ipsam lenis reuolutionis ⁊ cursus in longitudine super duos polos orbis signorũ quos pre
diximus. Et similiter cõponemus armillã alterã in eis: in supficie intrinseca: cuius supficies
etiaʒ apparens contingat duas supficies duaꝝ armillaruʒ compositaꝝ interiores cõtactu ve
ro in omni loco ⁊ ex omni parte: lenis reuolutionis ⁊ cursus sicut altera in lõgitudine: ⁊ sup
duos polos super quos moueť armilla extrinseca. Et diuidemus hanc armillaʒ intrinsecã ⁊
etiam armillam que est loco orbis signorũ: vnãquãq₃ videlicet eaꝝ in. 360. partes: scʒ diui-
sione circuli: ⁊ fm omnes ptes partiũ fm quas possibile est. Et cõponemus etiam armillam
aliam paruaʒ subtileʒ. in qua sint duo foramina opposita transeuntia in interiori armille in-
trinsece: vt sit reuolutio eius ⁊ cursus in superficie interiori armille intrinsece ad vnũquẽq₃
duoꝝ poloꝝ positoꝝ propter cõsiderationẽ latitudinis. Et postq₃ fient hee armille sicut pre-
diximus: perueniemus ad arcuʒ qui est inter duos polos: scʒ polũ orbis signorum ⁊ polum
equationis diei: quẽ declarauimus in his que precesserunt. ⁊ accipiemus quãtitatẽ eius ab
vnoquoq₃ duoꝝ poloꝝ orbis signorum in orbe meridiei: de quo imaginamur ꝙ ipse sit de
scriptus super polos. et signabimus hic duas notas oppositas etiam: ⁊ componemus eas in
duobus polis fixis in armilla alia simili armille orbis meridiei: quẽ declarauimus in princi
pio libri amagesti: in cõsiderationibus arcus qui est inter duos tropicos orbis meridiei. vt
cum hec armilla fuerit fixa in illo loco in quo fuerit illa armilla. s. cum fuerit erecta sup sup-
ficiem horizõtis: ⁊ supra altitudineʒ poli propriam loci inhabitati: ⁊ fuerit etiã equidistans
superficiei orbis qui est fm naturã orbis meridiei: sit reuolutio armillarũ intrinsecaꝝ in ea:
⁊ cursus eaꝝ oĩum omnino sup duos polos equationis diei ab oriente ad occidenteʒ: seque
tes localem motũ totius primũ. Cũ ergo posuerimus instrm fm hunc moduʒ: tũc quotiẽs
possibile erit vt sint sol et luna simul apparentes sup terram: erigemus armillã extrinsecam
currentem super duos polos orbis signorum sup ptem solis reptam in illa hora fere. ⁊ reuol
uemus armillam orbis descripti sup polos: vt cum fuerit locus sectionis duaꝝ armillaꝝ: qui
est supra parteʒ solis cadens sup solem fm veritatem: fiant due armille: scʒ armilla orbis si-
gnorum et armilla orbis descripti sup duos polos simul obumbrantes se ipsas. Et si fuerit
loco solis aliqua stellaꝝ visa: loca quaꝝ considerant et sciuntur. tũc cum fuerit oculus aspi-
cientis vnius sup alteruʒ lateruʒ armille extrinsece: ⁊ sup locũ ex quo videť stella: qui est su
per partẽ orbis signoꝝ in qua est stella: sit stella visa p latus et locũ opposita et occurrẽtia il
li lateri et loco armille: ac si connexa esset duobus lateribus: et in superficie eoꝝ. Armillã vo
alteraʒ intrinsecaʒ diuisaʒ huius instrumenti reuoluemus tunc ad lunã aut ad aliđ eoꝝ que
inquirimus: vt nos videndo solem aut aliam stellarum simul videamus lunaʒ aut aliud eo
rum que inquirimus ex duobus foraminibus ambobus: que sunt in armilla cõposita in in-
teriori armille intrinsece diuise. Nos enim ita sciemus locuʒ lune aut alterius stellaꝝ quas
inquirimus in longitudine partiuʒ orbis signoꝝ: scʒ partium armille quã imaginati fuimus
orbem signorum: et diuisimus in potentia fm diuisiones eius. Et sciemus quanta sit longi-
tudo lune aut stelle ab orbe signoꝝ ad septẽtrionẽ aut ad meridiem in orbe descripto super
duos polos orbis signoꝝ: ex ptibus quas inuenimus in armilla interiori diuisa: et per lon-
gitudinem que est inter medium foraminis qđ est super terrã in armilla parua que reuolui
tur et inter lineam que est medium cinguli signorum.

¶ Capitulum secundum De scientia modi diuersitatis lune duplicis.

PEr consideratiõnem vo absolutam
iam inuenimus longitudines lune a sole ex cõsiderationibus scriptis q̃s
posuit Abrachis: et ex considerationibus nostris fm nũerationeʒ et mo
dum positum qñq₃ conuenientes alijs et conuenientes inter se: et quã-
doq₃ diuersas ab alijs: et diuersas iter se. et quãdoq₃ minoratur illud et
quãdoq₃ augeť. Quia ergo prolongatur nostrũ studium ⁊ nostra inqui-
sitio de scientia ordinis huius diuersitatis: et neq₃ abscindiť nostra inquisitio ab ea in tẽpo
re continuo: in applicatione quidem coniunctionis et oppositionis semp inueniemus eam


aut absq; diuersitate sensibili: aut cum diuersitate parua: ẜm quantitatem qua possibile est: ut sit illud ex diuersitate aspectus lune. In ambabus vͦo quadraturis: que sunt a duab⁹ partibus impletionis: aut erit diuersitas parua: aut nō erit ei diuersitas omnino. et illud erit cū luna fuerit aut in longitudine longiore sua: aut in longitudine sua ꝓpinquiore in orbe reuoluente. Maior autē diuersitas tūc quidem crescit: cum fuerit luna in loco cursus sui medij qui est inter duas longitudines in medio duarum medietatum. tunc eniꝫ diuersitas que est propter diuersitatem primā: erit maior que vnquā erit. Et qꝛ diuersitas prima est: cum fuerit luna in qualibet duarū quadraturarum: et in medietate orbis reuoluentis: in qua est cursus diminutus: erit locus eius maioris diminutionis diminutione prima numerata non in duabus quadraturis. Et cum fuerit luna in qualibet duarum quadraturarum: ⁊ in medietate in qua est cursus augmentatus: erit locus eius etiā similiter maioris additionis: ẜm quātitatē multitudinis augmenti et diminutionis prime: donec nos ꝓpter id qꝺ inuenimus ex eo estimemus ꝙ orbis reuoluens lunā habeat orbē egredientis centri: supra quē reuoluat ⁊ ꝙ luna cum fuerit in coniunctione ⁊ impletione: erit in longitudine eius longiore. et cū fuerit in ambabus quadraturis: erit in longitudine eius ꝓpinquiore. Et accidit illud cuꝫ fuerit eq̄tio modi ꝑmi sicut ego narrabo. ℂ Imaginabimur in sup̄ficie orbis lune decliuis orbē: cuius centrum sit centrū orbis signorum. et sit eius ꝑmissio sicut fuit ꝑus ꝑꝑ latitudineꝫ sup duos polos orbis signorū ẜm quantitatē augmenti motus latitudinis sup motū longitudinis. Et sit cursus lune etiam in orbe reuoluēte in arcu longitudinis eius longioris cōtra successionem signorum: ẜm ꝙ sequitur reuersioneꝫ diuersitatis ꝑme. Et in hac sup̄ficie que est in orbe lune decliui sint duo motus in duabus partibus contrarijs. quoꝝ quisq; sit in seipso equalis. ⁊ ambo sint sup centruꝫ orbis signorum. Et vnus eoꝝ reuoluat centrū orbis reuoluentis ẜm successionem signoꝝ: ẜm ꝙ sequitur motū latitudinis. ⁊ alter reuoluat centrū orbis egredientis centri ⁊ longitudineꝫ eius lōgiorē: que est in illa superficie: sup quā erit centrum orbis reuoluentis semp. ⁊ reuoluat ipsum contra successionē signorū ẜm quātitatē augmēti longitudinis que est inter solem ⁊ lunaꝫ duplicis sup motū latitudinis. Per quod intelligi volumus augmentū qꝺ est inter motū lune mediū in lōgitudine ⁊ motū solis mediuꝫ in longitudine verbi gratia donec sit in die vna motus centri orbis reuoluētis: qui est mot⁹ latitudinis. 13. ptes ⁊. 14. minuta fere: ẜm successionē signorū. Et sit vt cursus cētri orbis reuoluentis videaẗ in orbe signoꝝ ipse motus longitudinis: qui ē. 13. ptes ⁊. 11. minuta. qm̄ totus motus orbis decliuis minuit ex motu latitudinis sup̄fluitatem q̄ est inter duos mot⁹ scꝫ tria minuta. ⁊ longitudo longior orbis centri egredientis mouetur etiam cōtra successionem signorum. 11. ptibus ⁊. 9. minutis ⁊ est augmentū qꝺ addunt ptes duplicis longitudinis: que est inter solem ⁊ lunam: que est. 24. ptes ⁊. 23. minuta super motum latitudinis qui est. 13. partes ⁊. 14. minuta. Propter oppositionem ergo duoruꝫ motuuꝫ diuersorum: qui sunt super centruꝫ orbis signorum (sicut prediximus) precedit linea que transit super cētrum orbis reuoluentis lineam que transit super centrum orbis egredientis centri per arcū compositū ex. 13. partibus ⁊. 14. minutis: ⁊ ex. 11. partibus ⁊. 9. minutis. qui est duplū partium longitudinis: que est. 12. partes ⁊. 11. minuta ⁊ mediū fere. Quapropter secat orbis reuolutionis orbē egredientis centri bis in mense lunari. ⁊ erit reuersio centri orbis reuoluentis ad longitudinem longiorē in orbe centri egredientis in cōiunctionibus ⁊ oppositiōibus medijs. ℂ Et vt illud declaretur nobis visibiliter: imaginemur etiam in sup̄ficie orbis lune decliuis orbem cuius centruꝫ sit centrū orbis signorū: supra quē sint. a. b. g. d. supra centrū. e. cuius diameter sit. a. e. g. Et ponā longitudinē longioreꝫ que est orbis centri egredientis: et centrum orbis reuoluentis: et longitudinē longiorē septētrionis: ⁊ ꝑncipiū arietis: et mediū motū solis simul sup punctum. a. Dico ergo ꝙ in die vna erit motus superficiei totus cōtra successionem signorum: qꝺ est ab. a. ad. d. ⁊ supra centrum. e. tria minuta fere: donec sit longitudo septētrionis longior in vigesimanona parte ⁊ quinq̄gesimo septimo minuto piscis fere. Et sit linea que est similis linee. e. a. reuoluens duos motus diuersos super centruꝫ. e. etiā quod est centrū orbis signoꝝ: per motū suū equalē in die vna. Linea vͦo que transit sup centrum orbis egredientis centri: que est similis linee. e. a. reuoluiẗ equaliter cōtra successioneꝫ signorum ad locū. e. d. ⁊ reuoluit quidem longitudinem longiorē que est orbis centri egredientis ab. a. ad. d. Et describam super centrum. r. quod est centrum orbis egredientis centri orbem ecentricum. d. b. ⁊ ponā arcū. a. d. 11. ptes ⁊. 9. minuta. ⁊ linea que transit supra cētrum orbis reuoluentis: reuoluiẗ etiā supra punctū. e. equaliter ẜm successionē signorū ad locum. e. b. ⁊ reuoluit cētrum orbis reuoluentis ad pūctū. b. ⁊ ponā arcū. a. b. 13. partes ⁊. 14. minuta: donec sit longitudo puncti. b. qꝺ est centrū orbis reuoluentis visa a pūcto quidē. a. qꝺ est lōgitudo longior septētrionis. 13. partes ⁊. 14. minuta: que sunt latitudo: ⁊ a ꝑncipio quidē arietis. 13. partes ⁊. 11. minuta: que sunt longitudo. qm̄ pūctū. a. qꝺ est lōgitudo longior septētrionis: in hoc tempore erit super vigesimānonā partē ⁊ quinq̄gesimum septimū minutum piscis. ⁊ erit elongatio eius a puncto. d. qꝺ est longitudo longior orbis egredientis centri scꝫ aggregata ex duobus arcubus simul: scꝫ ex arcu. a. b. ⁊ ex arcu. a. d. 24. partes ⁊



23.minuta.que sunt duplum longitudinis motus diei vnius medij.¶ Et similiter qꝛ ambo motus qui sunt linee que transit super punctum.b.ꝛ punctuȝ.d.faciunt reuolutionē vnā in medietate tēporis medij mēsurni.tunc manifestum est:ꝙ ipsi in quarta illius temporis ꝛ in medietate et quarta etiam necessario opponuntur. Per quod intelligi volo: ꝙ cū fuerint visi in duabus quadraturis medijs: erit linea centri orbis reuoluentis: que trāsit super e.h.b.opposita linee que transit super.e.d.que est longitudo longior in orbe centri egredientis:et fit in longitudine eius propinqua. Manifestum est ergo postq̄ꝫ hoc est quemadmodum diximus:ꝙ non erit ex diuersitate qđ diuersificet motuȝ medium:qui est linee.e.b. ꝑꝑ orbem centri egredientis. Per quod intelligi volo diuersitatē similitudinis arcus.d.b.apđ arcum.d.h.qui est orbis centri egredientis:sed ꝓpter.d.a.b.qui est orbis signorum:cū ꝑtrā fierit ipsum luna per motum mediū eq̄lem.qm̄ eius reuolutio nō est supra pūctum.r.qđ est centrum orbis centri egredientis:sed super punctū.e. Neqꝫ eius diuersitas est nisi ꝓpter orbem reuoluentem tm̄:propter hoc ꝙ cū fuerit orbis reuoluens in longitudine ꝓpinquiore: erit semꝑ addens in diuersitate aut minuēs ex ea equaliter.s.augmētum equale aut diminutioneȝ equalem.qm̄ angulus continens ipsum:qui est apud aspectum oculoꝝ: erit maior cū fuerit in longitudine ꝓpinquiore. Uniuersaliter ergo dico ꝙ non erit diuersitas nisi ꝑꝑ modum ṗmuȝ cuȝ fuerit centruȝ orbis reuoluentis super punctum qđ est longitudo longior: ꝛ neqꝫ erit illud nisi cum fuerit centrum orbis reuoluentis apud coniunctiones ꝛ oppositiones que videntur medie.¶ Si ergo lineauerimus super punctum.a.orbem reuoluentem: supra quem sint.m.n.erit proportio. e.a.ad.a.m. equalis proportioni quam declarauimus in eclypsibus. Et maior diuersitas que erit:erit cum fuerit trāsitus orbis reuoluentis super punctum.h.quod est nota longitudinis propinquioris orbis centri egredientis: sicut orbis descriptus suꝑ.b.suꝑ quem sunt duo puncta.s.ꝛ.t.ꝛ illud est qđ videt̃ apud duas q̄dratu-ras medias.ꝓportio igit̃.s.h.ad.e.h.erit maior oibus proportionibus que aggregāt̃ ex locis alijs.qm̄ linea.s.h.q̄ē a cētro orbis reuoluētis est vna eq̄lis sꝑ.Quapꝑ erit linea.e.h.q̄ ē a centro terre minor oibus lineis q̄ ꝓgrediūtur ad orbē cētri egrediētis cū parib⁹ cōbinatis.


¶ Capitulum tertium De scientia quātitatis diuersitatis lune que est ꝓpter solem.

T autem sciamus quātitateȝ diuersitatis maioris cum fuerit transitus orbis reuoluentis in longitudine ꝓpinquiore orbis centri egredientis:considerauimus longitudines lune a sole:in quibus est cursus lune medius ꝼm ꝓpinquitatem. Maior eni diuersitas lune ꝛ longitudo lune media a sole:quarta orbis erit fere:cū fuerit orbis reuoluens in longitudine propinquiore orbis centri egredientis. Et ēt cum fuerit ita:non erit lune diuersitas aspectus in longitudine.illud nāqꝫ erit cum fuerit sicut dixim⁹:et fuerit qđ videtur ex consideratione apud elongationem in longitudine equale longitudini vere.tunc enim erit inuentio diuersitatis secunde ꝼm veritatem. Et cum nos posuerimus nostram inquisitionē ꝼm has considerationes:inueniemus ꝙ cum fuerit orbis reuoluens in lōgitudine ꝓpinquiore: tūc erit diuersitas maior apđ trāsitū q̄dē mediū septē ꝑtes et due tertie ꝑtis fere. ꝛ apđ diuersitatē ṗmam due ꝑtes ꝛ due tertie ꝑtis.¶ Et exēplificabo illius exēplū: vt đclaret̃ nobis illi⁹ ꝯprehēsio ꝛ cognitio. Cōsiderauim⁹ solē ꝛ lunā in āno secūdo ānoꝝ antonini.25.dieb⁹ mēsis camenut trāsactis:q̄ est vn⁹ ex mēsib⁹ egyptioꝝ:ꝛ post ortū solis:ꝛ añ meridiē q̄nqꝫ horis ꝛ q̄rta hore eq̄lib⁹.et fuit sol visus per considerationem in decimaoctaua parte ꝛ medietate ꝛ tertia partis aquarij. Et fuit medium celi in illa hora quarta pars sagittarij.ꝛ fuit luna visa in nona parte ꝛ duabus tertijs partis scorpionis.ꝛ similiter fuit locus eius ꝼm v̄itatem. Et quia ipsa fuit in primis partib⁹ scorpionis:fuit eius elongatio in Alexandria a linea meridiei ad occidenteȝ in longitudine circiter horam ꝛ medietatē hore.et non fuit ei diuersitas aspectus sensibilis. Et fuit tempus qđ fuit inter locum solis ꝛ lune in primo annoꝝ Nabuchodo. vsqꝫ ad hanc cōsideratioueȝ octingenti ꝛ octuagintaquinqꝫ anni ꝛ ducenti ꝛ tres dies:ꝛ.18.hore ꝛ medietas ꝛ quarta hore equales absolute:et vere. Et inuenimus locum solis per cursum eius mediuȝ decimā-sextam partem ꝛ vigesimum septimū minutum aquarij.ꝛ ꝼm veritatem decimāoctauā partem ꝛ quinquagesimū minutum.ꝛ illud est equale ei qđ considerauimus per instrumentuȝ. Et fuit locus lune in illa hora ꝼm moduȝ primū per medium cursuȝ in longitudine decima septima pars et vigesimū minutū scorpionis. Et fuit eius elongatio media a sole circiter q̄rtam circuli. Et fuit elongatio diuersitatis a longitudine longiore in orbe reuoluente. 87. partes ꝛ.19.minuta.in quib⁹ fuit etiā diuersitas maior.fuit ergo cursus lune verus minor medio septem partibus ꝛ duabus tertijs partis loco quinqꝫ partiuȝ que fuerunt ex diuersitate prima.¶ Et etiā vt declaretur nobis in eis que demōstrabimus quātitas diuersitatis: ꝛ ex eis que posuit Abrachis ex cōsiderationibus similibus hoꝝ motuum: Ponam vnam suarum cōsiderationum:quā dicit fuisse in anno quinq̄gesimo reuolutionis tertie Philippi:sexdecem diebus transactis mēsis actbica:q̄ est ex mensibus egyptioꝝ: supra duas ter-



tias hore scȝ hore prime diei. et fuit cursus. 241. ꝛ fuit sol visus ꝓ consideratione in octo ptib⁹ ꝛ medietate ꝛ medietate sexte ptis leonis. Et fuit locus lune visus tunc in. 12. partibus ꝛ tertia partis tauri. fuitq; locus eius ſm veritateȝ in equalitate illarum partiuȝ fere. erit ergo qd videtur ex longitudine que est inter solem ꝛ lunam ſm veritatem. 86. partes ꝛ. 15. minuta Sed q̄ sol fuit in primis partibus leonis: erunt tēpora horaꝝ illius diei in Rhodo: vbi fuit consideratio. 17. tempora ꝛ tertia temporis. quinq; ergo hore ꝛ tertia hore temporales que fuerūt añ meridiē: erunt sex hore ꝛ sexta hore eq̄les. fuit ergo ꝯsideratio añ mediū diē iomi sextidecimi sex horis ꝛ sexta hore eq̄lib⁹. Et fuit mediū celi. 9. ptes. ♉. Et fit qd aggregat̄ ex tpe qd est inter duo loca solis ꝛ lune quasi eēnt in radice vsq; ad horā cōsiderati̇ōis. 619. anni egyptij. ꝛ. 314. dies ꝛ. 17. hore ꝛ medietas ꝛ tertia hore equales absolute. ꝛ ſm verificationem. 17. hore ꝛ medietas ꝛ quarta hore. Et inuenimus nos locum solis vsq; ad illam horam ſm modos quos posuimus per cursum medium. 10. partes ꝛ. 27. minuta leonis. ꝛ ſm verificationē octo partes ꝛ. 20. minuta. Et inuenimus locum lune per cursum medium in longitudine. 4. partes ꝛ. 25. minuta tauri. Qm̄ orbis meridiei descriptus super rhoduȝ ē descriptus super alexandriam: et est vnus. fuit ergo longitudo media que est inter solem ꝛ lunam circiter quartaȝ circuli. Et fuit elongatio diuersitatis a longitudine longiore in orbe reuoluente. 257. partes et. 47. minuta. sed in equalitate harum partium erit etiaȝ maior diuersitas fere: que est propter diuersitatem orbis reuoluentis. fit ergo quod est inter locuȝ lune per cursum medium: ꝛ qd est inter veritatem loci solis. 93. partes et. 55. minuta. Et fuit in consideratione qd fuit inter locum lune ſm veritatem vsq; ad locum solis ſm veritateȝ 86. partes et. 15. minuta. fit ergo quod addit veritas loci lune qui videtur super locum suū per cursum medium etiam septem partes et due tertie partis loco quinq; partium que fuerunt in modo primo. Jam ergo ostēsum est per duas considerationes: que fuerunt apd duas quadraturas: q̄ nostram quidem cōsiderationem inuenimus diminutam a comprehensione diuersitatis prime duabus partibus et duabus tertijs partis. et per considerationē Abrachis augmentataȝ duabus ptibus et duabus tertijs partis. qm̄ omnis diuersitas ſm q̄ nos quidem posuimus minuitur. et ſm q̄ Abrachis posuit augetur. Et nos quidem iam inuenimus per ꝯsiderationes alias multas eq̄les istis: q̄ plurimū qd erit diuersitatis: erit cū fuerit orbis reuoluēs in lōgitudine ꝓpinquiore orbis cētri egrediētis: sicut hec quā inuenim⁹.

¶ Capitulum quartum De scientia proportionis que est inter duo centra: scȝ inter centruȝ orbis ecentrici lune: et inter centrum orbis signorum.





POstquā ergo hoc ita est sicut dixim⁹ describam orbem cētri egredientis lunarem: supra quē sint. a. b. g. supra centrum. d. et sit eius diameter. a. d. g. supra quā sit centrum orbis signorum supra punctum. e. et sit punctuȝ. a. nota logitudinis longioris orbis cētri egredientis. et punctum. g. nota longitudinis propinquioris eius. et describam supra cētrum. g. circulum orbis reuoluētis lune: supra quē sint. r. h. t. et protrahaȝ lineam contingentē orbem reuoluentem: supra quā sint. e. t. h. ꝛ producam lineam. g. t. Et quia cum luna fuerit in linea contingēte orbem reuoluētem: erit diuersitas maior. et iam ostensum est q̄ ipsa est septem partes et due tertie partis: erit angulus. g. e. t. qui est apud centrum orbis signorum septem partes et due tertie partis: ſm quantitateȝ q̄ erūt q̄tuor anguli recti. 360. ptes. s; ſm q̄titatē q̄ erūt duo āguli recti. 360. ptes: erit. 15. ptes et. 20. minuta. et arcus q̄ ē supra lineā. g. t. erit. 15. ptes et. 20. minuta: ſm quātitatē q̄ erit circulus ꝯtinēs triāgulū. g. e. t. ortogoniū. 360. ptes. et eius chorda q̄ ē. g. t. erit. 16. ptes fere: ſm q̄titatē q̄ erit diameter. e. g. 120. ptes. s; q̄titatē q̄ q̄ erit. g. t. q̄ ē medietas diametri orbis reuoluētis (sicut iaȝ demōstrauimus) q̄nq; ptes et. 15. minuta. et. e. a. q̄ est a centro orbis signoꝝ ad longitudinē longiorē orbis cētri egrediētis. 60. ptes. erit linea. e. g. scȝ ab illo eodē cētro ad lōgitudinē ꝓpinquiorē orbis cētri egrediētis. 39. ptes et. 22. minuta. tota ergo diameter. a. g. s; illaȝ q̄titatē erit. 99. ptes et. 22. minuta. et. d. a. q̄ est a cētro orbis egredientis cētri erit. 49. ptes et. 41. minuta. et linea. e. d. q̄ est inter duo cētra: scȝ orbis signorū et orbis cētri egrediētis: erit. 10. ptes et. 19. minuta. Jam ergo declarauimus ꝓportionem que est inter duo centra. Et hoc est qd fuit demonstrandum.


¶ Capitulum quintum De scientia declinationis orbis lune reuoluentis: et inclinationis eius in duabus partibus.

IN eis q̄dē que vident̄ de figuris locorum lune in coniunctionibus et oppositionibus et q̄draturis iam sumus sufficientes per modos positos ſm orbes eius. Jn eis v̄o que vidētur de diuisione cursus eius in figuris suis alijs: i quibus sunt elōgationes ipsius a sole alie ab illis quādo ꝯcauat̄: et qn̄ fit gibbosa: qd ē apud sextam mensis et tertiā eius. et illud plurimum erit cum fuerit orbis re-

uoluens in eo quod est inter longitudinem longiorem ꝛ longitudinem propinquiorem or
bis centri egredientis: inuenimus accidens proprium quod accidit in luna apud declinatio
nem orbis reuoluentis ꝛ inclinationem eius. Et quia iam oportet vt sit in omnibus reuol-
uentibus orbibus locus vnus: ad hoc vt sint reuersiões motuum eorum que in eis mouent̄
semper ab eo ꝛ ad eum: necessario nominat̄ locus ille Lõgitudo longior equalis. a quo erũt
principia reuersionum motuum: qui erunt super orbes reuoluentes. quemadmodum est in
hac figura (quam diximus ante) punctum. r. Linea autem que trãsit sup omnia cẽtra: est quã
terminat hoc punctum ſm quamlibet quantitatem loci orbis reuoluentis a lõgitudine lon
giore ꝛ longitudine propinquiore orbis centri egredientis. sicut linea. a. d. e. g. In omnibus
võ modis alijs non videmus aliquid eorum que videntur cõtradicere ꝛ prohibere: quin
sit diameter que transit super hanc longitudinem longiorem orbis reuoluentis in motibus
alijs qui sunt orbium reuoluẽtiũ. Per quod intelligi volo vt linea. r. g. h. sit semper in loco
in quo est linea reuoluens centrum orbis reuoluentis ſm equalitatem. sicut in hac forma ẽ
linea. e. g. ꝛ sit eius declinatio semper ad centrum linee reuoluentis: apud quod erunt in tem
poribus equalibus anguli equales motus eq̄lis. Qđ autem videtur in luna: contrarium ẽ
illius. quoniam in transitu orbis reuoluentis in eo quod est inter duo puncta. a. ꝛ. g. nõ erit
declinatio diametri. r. h. ad pũctum. e. qđ est centrum orbis signorum: neq; sequetur locum
linee. e. g. Jam ergo inuenimus semper hanc declinationem positam comitantem locũ vnũ
diametri. a. g. sed eius declinatio nõ est ad punctũ. e. sc; cẽtrum orbis signorum: neq; ad pũ-
ctum. d. sc; centrũ orbis cẽtri egrediẽtis. sed est eius declinatio ad lineã eq̄lẽ linee. d. e. que ẽ
inter duo cẽtra post pũctu; e ad ptẽ lõgitudinis ppinquioris orbis cẽtri egrediẽtis. Et ostẽ
dã ẽt q̄ hoc est sicut diximus ex considerationibus pluribus. ꝛ ponam duas cõsiderationes
ex quib⁹ possibile erit declarare illud ſm plurimũ qđ possibile est: sc; duas ɔsiderationes: in
quibus fuit orbis reuoluẽs apđ duas longitudines medias. ꝛ fuit luna apud longitudinem
longiorẽ aut longitudinẽ ppinquiorẽ orbis reuoluentis: ppter h̄ q̄ apud h̄ duo loca cõtin-
git vt sit maior diuersitas huius declinationis posite. Jam ergo scripsit Abrachis: q̄ ipse
considerauit cum instrumento in rhodo solem ꝛ lunã in anno centesimo nonagesimo septi-
mo post mortem alexãdri: vndecem diebus mensis formiche transactis: qui est ex mẽsibus
egyptiorum: in principio hore secunde diei. Et dixit: q̄ inuenit solem (cum ɔsiderauit ipsum
cum instrumẽto) in septem partibus ꝛ medietate ꝛ quarta partis tauri. Et vidit cẽtrum lune
in. 21. parte ꝛ duabus tertijs partis piscis. ꝛ fuit ſm veritatem in vigesimapma parte ꝛ ter-
tia ꝛ octaua partis. Fuit ergo longitudo lune vera in illo tẽpore a loco solis vero ſm succes
sionem signorum. 313. partes ꝛ. 42. minuta fere. Et quia consideratio fuit in principio ho-
re secunde. ꝛ fuit ante medium diem iomin vndecimi quinq; horis temporalibus fere.
et fuit tũc in rhodo quinq; horis ꝛ duabus tertijs hore equalibus fere. erit qđ fuit iter locũ
solis ꝛ lune ac si essent in radice vsq; ad horã cõsiderationis. 620. anni egyptij: ꝛ. 219. dies
ꝛ. 18. hore ꝛ tertia hore absolute eq̄lis. ꝛ ſm veritatẽ. 18. hore tm̄. Et inuenim⁹ in illo tpe lo
cũ quidẽ solis per cursum suũ mediũ sex partes ꝛ. 41. m̄. tauri. ꝛ ſm verificatiõem. 7. ptes ꝛ
45. m̄. Et fuit locus lune per cursum suũ medium in longitudine quidem. 22. partes ꝛ. 13.
minuta piscis. ꝛ in diuersitate quidem a longitudine orbis reuoluentis longiore per cursum
suum mediũ. 185. partes ꝛ. 30. minuta. Et fuit longitudo que fuit inter lunam per cursum
suũ mediũ ꝛ inter locum verum solis. 314. partes ꝛ. 28. minuta. ❡ Et postq; hoc est ſm
q̄ diximus: describam circulum orbis centri egredientis lunaris: supra quem sint. a. b. g. su-
pra centrum. d. sitq; diameter. a. d. g. in qua sit centrum orbis signorum super punctum. e. Et
super centrum. b. describam orbem reuoluentem lune: supra quẽ sint. r. b. t. sitq; reuolutio or
bis reuoluentis ſm successionem signorum per motum suum a puncto. b. ad punctum. a. et
sit motus lune super orbem reuoluentem a puncto. r. ad punctum. b. postea ad punctum. t. ꝛ
protrabam lineas. d. b. ꝛ. e. t. b. r. Et quia in tempore medio mensurno erunt orbis reuol-
uentis due reuersiones in orbe centri egredientis. ꝛ ad hunc locum positum fuit longitudo
que est inter solem ꝛ lunam per cursum eorum medium. 315. partes ꝛ. 32. minuta. cũ nos
duplauerimus has partes: ꝛ proiecerimus ex eis vnam reuolutiõem: sc;. 360. partes: erit ra
dix longitudinis centri orbis reuoluentis tunc a longitudine longiore orbis centri egrediẽ-
tis ſm continuitatem signorum. 271. partes ꝛ. 4. minuta. Quapropter erit angulus. a. e. b. q̄
est complemẽtũ q̄ttuor angulorum rectorum. 88. ptes ꝛ. 56. m̄. Protrabam ergo a pũcto. d. su-
per lineã. e. b ppendicularẽ. d. k. ꝛ q2 angulus. d. e. k. erit. 88. partes ꝛ. 56. minuta: ſm quãti
tatem qua erũt q̄ttuor anguli recti. 360. partes. ꝛ ſm quãtitatẽ qua erunt duo anguli recti
360. partes: erit. 177. ptes ꝛ. 52. minuta. erit arcus quidem qui est super lineam. d. k. 177.
ptes ꝛ. 52. minuta: ſm quãtitatem qua erit circulus continens triangulũ. d. e. k. orthogoniũ
360. ptes. ꝛ arcus qui est super lineam. e. k. residuus ex cõplemẽto semicirculi erit due ptes
ꝛ octo minuta. Et erunt chorde eorum: chorda quidẽ. d. k. 119. ptes ꝛ. 59. minuta: ſm quãtita
tem qua erit diameter. d. e. 120. ptes. ꝛ chorda q̄dẽ. e. k. erit ſm illã q̄titatẽ due ptes ꝛ. 14.








minuta.ſm quãtitatẽ ergo qua erit linea.d.e.que eſt lõgitudo que eſt ĩter duo cẽtra.10.par
tes ⁊.19.m̃.⁊ linea q̃dẽ.d.b.ſcꝫ medietas diametri orbis cẽtri egredietis.49.ptes ⁊.41.m̃.
erit.d.k.ẽt.10.ptes ⁊.19.m̃.fere.⁊ ſilr erit linea.e.k.12.m̃ Et qꝛ cũ minuet linea.d.k. mul
tiplicata in ſe:ex linea.b.d.multiplicata in ſe:erit reſiduũ:linea.b k.multiplicata in ſe.⁊ erit
linea.b.k.ſm illã quantitatẽ.48.partes ⁊.36.m̃.eritqꝫ tota linea.e.b.48.ptes ⁊.48.m̃.Et ẽt
qꝛ elongatio lune per curſum ſuũ mediũ equalẽ a loco ſolis vero fuit.314.ptes ⁊. 28.mi-
nuta.⁊ eius elongatio vera per conſiderationẽ.313.partes ⁊.42.minuta.propter hoc ergo
minuitur ex ea quãtitas huius diuerſitatis:que eſt.46.minuta.⁊ videt curſus lune medius
ſuper lineã.e.b Et ponã lunã ſup notã.b.qñ fuit in longitudine ꝓpinquiore orbis reuoluẽ
tis.⁊ protrabam duas lineas.e.b.l.⁊.b.h.⁊ ꝓducam a puncto.b.ſuper lineã.e.b.l.perpẽdicu
larem.b.l.Et quia angulus.b.e.l.cõtinet diuerſitatem lune:erit.46.minuta:ſm quãtitatem
qua erũt q̃ttuor anguli recti.360.partes.⁊ ſm quãtitatẽ q̃ erunt duo anguli recti.360.par
tes:erit pars vna ⁊.32.minuta.⁊ arcus qui eſt ſuper lineã.b.l.ſilr erit pars vna ⁊.32.minu
ta:ſm quãtitatẽ qua erit circulus continens triangulũ.e.b.l.orthogoniũ.360 partes. ⁊ eiꝰ
chorda:que eſt.b.l.pars vna ⁊.36.minuta:ſm quãtitatẽ qua erit diameter.b.e.120.partes.
ſm quãtitatẽ ergo qua erit linea.b.e.48.partes ⁊.48.minuta:⁊ medietas diametri orbis re
uoluentis quinqꝫ ptes ⁊.15.minuta:erit linea.b.l.39.minuta.ergo ſm quãtitatem qua erit
linea.b.h.ſcꝫ medietas diametri orbis reuoluẽtis.120.ptes:erit linea.b.l.14. partes ⁊.52.
minuta.et arcus qui eſt ſuper ipſam.14.partes ⁊.14.minuta:ſm quãtitatem qua erit circu
lus continens triangulũ.b.h.l.ortogoniũ.360.ptes. Et ſimiliter erit angulus.b.h.l.14. par
tes ⁊.14.minuta:ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360. partes.⁊ erit angulus
t.b.h.reliquus.12.partes ⁊.42.minuta.ſed ſm quãtitatẽ qua erũt q̃ttuor ãguli recti. 360.
partes:erit ſex partes ⁊.21.minuta.⁊ ille ſunt partes arcus.b.t.orbis reuoluẽtis. qui quidẽ
continet longitudinẽ que eſt inter lunã ⁊ longitudinẽ propinquiorẽ verã orbis reuoluẽtis.
Uerũ qꝛ longitudo lune fuit in hora ↄſiderationis a longitudine longiore media.185. par
tes ⁊.30.minuta:tũc manifeſtũ eſt:qꝛ propinquior longitudo media precedit lunam.ſ.pun
ctum.b.⁊ fit ſupra punctũ.m. ꝓtrabam aũt lineã.b.m.n.et producã perpendicularem. e.s.
ſuper eã a pũcto.e.Et qꝛ iam oſtenſum eſt:ꝙ arcus.t.b.eſt ſex ptes ⁊.21.minuta. ⁊ fuit ar-
cus.b.m.a longitudine propinquiore q̃nqꝫ partes ⁊.30.minuta:donec factus ſit arcus to-
tus.t.m.11.partes ⁊.51.m̃.erit angulus.e.b.s.11.partes ⁊.51.m̃.ſm quãtitatẽ q̃ erũt q̃t-
tuor anguli recti.360.ptes.ſed ſm quãtiatẽ qua erũt duo anguli recti.360.ptes:erit 23.
ptes ⁊.42.minuta.Et ſimiliter arcus qui eſt ſup lineã.e.s.erit.23.partes ⁊.42.minuta:ſm
quãtitatem qua erit circulus continens triangulum.b.e.s.ortogonium.360.partes. Et erit
chorda.e.s.24.ptes ⁊.39.minuta:ſm quãtitatẽ qua erit diameter.b.e.120 ptes:ſm quãti
tatem ergo qua erit linea.b.e.48.ptes ⁊.48.minuta.erit linea.e.s.decẽ partes ⁊ duo minu-
ta.Et etiã qꝛ angulus.a.e.b.ẽ.177.ptes ⁊.52.minuta:ſm quãtitatẽ qua erũt duo anguli re
cti.360.ptes.⁊ angulus e.b.s.ſm illã quãtitatẽ.23.ptes ⁊.42.minuta:erit angulus.e.n.s.
reliquus ſm illã quantitatẽ.154.ptes ⁊.10.minuta.Et ſilr erit arcus qui eſt ſup lineã.e.s.
154.partes ⁊.10.minuta:ſm quãtitatẽ qua erit circulus continẽs triangulũ.e n.s.ortogo
nium.360.ptes.⁊ chorda.e.s.116.ptes ⁊.58.minuta:ſm quãtitatẽ qua erit diameter.e.n.
120.ptes.ſm quãtitatẽ ergo qua erit linea.e.s.decẽ ptes ⁊ duo minuta. ⁊ linea.d.e.que eſt
inter duo centra.10.partes ⁊.19.m̃.erit linea.e.n.10.partes ⁊.18.m̃.declinatio ergo linee
b.m.que tranſit ſuper longitudinẽ ꝓpinquiorem mediã ad punctum.n.ſecat lineã.e.n. eq̃lẽ
linee.d.e.fere.Et illud eſt qḋ oportuit nos declarare.

ET ſimiliter vt demonſtremus ex locis orbis centri egredientis ⁊ orbis reuoluen-
tis oppoſitis:ꝙ illḋ qḋ accidit in eis eſt eq̃le:Aſſumemus ẽt ex longitudinibꝰ q̃s
conſiderauit Abrachis in rhodo(quemadmodum diximus)conſideratiõẽ quã
ipſe conſiderauit in illo anno.ſ.anno.197.poſt mortẽ alexãdri.17.diebus tranſ-
actis mẽſis teguꝫ.qui eſt ex mẽſibus egyptiorum:nouẽ horis ⁊ tertia hore diei preteritis.Et
fuit ſol(ſicut ipſe dixit in illa hora per inſtrumẽta)in vndecim partibus:excepta decima par
tis cancri.Et fuit locus viſus lune maior qui fuit.29.partes leonis.Et ſimiliter fuit ſm veri
tatem.qñ in rhodo cũ luna fuit in fine leonis:et fuit eius elongatio ab orbe meridiei in lon
gitudine circiter vnam horam:non fuit ei diuerſitas aſpectus viſibilis.fuit ergo longitudo
loci lune veri in illa hora a ſolis loco vero ſm ſucceſſionem ſignorum.48.partes ⁊.6.m̃.Et
qꝛ conſideratio fuit poſt medietatẽ diei iomi decimiſeptimi mẽſis thot:qui eſt ex menſibus
egyptiorꝫ:tribus horis ⁊ tertia hore tẽporalibus(qḋ fuit in rhodo illa hora q̃ttuor horis eq̃
libus fere)erit tempus qḋ fuit inter duo loca ſolis ⁊ lune ac ſi eſſent in radice vſqꝫ ad horaꝫ
huius ↄſiderationis etiã.620.anni egyptij:⁊.286.dies ⁊.4.hore abſolute eq̃les. ⁊ erunt ve
rificate tres hore ⁊ due tertie hore.Et ſimiliter inuenimus in hoc tpe locũ ſolis per curſum
ſuum mediũ.12.partes ⁊.5.minuta cancri.⁊ ſm veritatẽ.10.partes ⁊.40.minuta. Et inue
nimus locum lune per curſum ſuũ mediũ in longitudine.27.partes ⁊.20.minuta leonis.fit


ergo longitudo que est inter locū lune per cursum suū mediū ⁊ inter locū solis fm veritatē 46.partes ⁊.40.minuta.⁊ fit diuersitas eius longitudinis longioris medie in orbe reuoluēte.333.partes ⁊.12.minuta. ¶Et postq̄ hoc inuētum est ⁊ firmatū sic.tunc describam ēt orbem centri egredientis lunarem: supra quē sint.a.b.g.supra centrū.d.⁊ diametrū.a.d.g.supra quā sit centrū orbis signorū supra pūctum.e.⁊ describā supra centrū b.orbē lune reuoluentē: supra quē sint.r.b.t.⁊ producā lineam.d.b.⁊ lineā.e.t.b.r.Et q2 longitudo que fuit inter locum lune per cursum suū mediū ⁊ locum solis medium cū duplicatur fuit.90.partes ⁊ 30.minuta:erit propter illud cuius iam precessit scia angulus.a.e.b.90.partes ⁊.30.minuta:fm quātitatē qua erunt q̄ttuor anguli recti.360.partes.sed fm quātitatē qua erunt duo anguli recti.360.partes:erit.181.partes.Si ergo nos ꝓtraxerimus lineā.b.e.⁊ sup ipsam produxerimus a puncto.d.perpendicularem.d.k.erit angulus.d.e.k.residuus ex cōplemento duorū angulorū rectorū.179.ptes.⁊ erit arcus q̄ est super lineā.d.k.179 partes:fm quātitatē qua erit circulus ꝯtinēs triangulū.d.e.k.orthogoniū.360.ptes.⁊ arcus qui est supra lineā.e.k.est pars vna residua ex cōplemēto semicirculi.Erūt ergo chorde eorū:chorda quidē d.k.119.ptes ⁊.59.m̄.fm q̄ntitatem qua erit diameter.d.e.120.ptes.⁊ chorda q̄dem.e.k.erit pars vna ⁊ tria.m̄.fere. Quapropter fm quātitatē qua erit linea.d.e.que est id q̄d est inter duo cētra.10.partes ⁊.19.m̄.et linea.b.d.q̄ est medietas diametri orbis centri egredientis.49.ptes ⁊.41.m̄.erit linea quidē.d.k.10.ptes ⁊.19.minuta fere.⁊ linea.e.k.erit quinq3 minuta.Et q2 cū minuitur linea.d.k.multiplicata in se:ex linea.b.d.multiplicata in se:erit residuū linea.b.k.multiplicata in se:⁊ erit longitudo totius linee.b.k.48.ptes ⁊.36.m̄.remanebit vt sit linea.e.b.fm illā quātitatē.48.ptes ⁊.31.m̄.Et etiā q2 longitudo lune ꝑ cursum suum mediū a loco solis vero fuit.46.ptes ⁊.40.m̄.⁊ fuit longitudo lune vera.48. partes ⁊.6.minuta:addit q̄ntitas diuersitatis ptem vnā ⁊.26.minuta. Ponā aūt locū lune q2 ipsa fuit apud longitudinē longiorē in orbe reuoluente sup notā.b.cū ergo cōiunxerimus lineā e.b.⁊ lineā.b.b.protrahemus a puncto.b.super lineā.e.b.ꝑpendicularem.b.l.⁊ q2 angulus b.e.l.erit pars vna ⁊.26.m̄. fm quātitatem q̄ erūt q̄ttuor āguli recti.360.partes.⁊ fm quātitatem qua erūt duo anguli recti.360.partes:erit due ptes ⁊.52.m̄.erit arcus qui est super lineā.b.l.due partes ⁊.52.minuta:fm quātitatē qua erit circulus cōtinens triangulū.b.e.l.orthogoniū.360.partes.⁊ erit chorda.b.l.due partes ⁊.59.m̄.fm quātitatem qua erit diameter.b.e.120.partes.fm q̄ntitatem ergo qua erit linea.e.b.48.partes ⁊.31.m̄.⁊ linea quidem.b.b.que est medietas diametri orbis reuoluentis.5.partes ⁊.15.m̄.erit linea.b.l.pars vna ⁊.12.m̄.ergo fm q̄ntitatem qua est linea diametri.b.b.120.ptes:erit linea.b.l.27.partes ⁊.34.minuta.⁊ arcus qui est super eā erit.26.partes ⁊.34.m̄.fm q̄ntitatem q̄ erit circulus ꝯtinens triangulū.b.b.l.orthogoniū.360.partes.⁊ arcus.l.b.152.ptes ⁊.26.minuta.ergo angulus.b.b.l.erit.26.partes ⁊.34.m̄.fm quantitatē q̄ sunt duo āguli recti.360.partes Totus ergo angulus.r.b.b.erit fm illam quātitatē.29.partes ⁊.26.m̄.⁊ fm quātitatē qua erunt q̄ttuor anguli recti.360.partes:erūt.14.ptes ⁊.43.m̄.He ergo ptes sunt arcus.b.r.orbis reuoluentis cōprehēdēs longitudinē q̄ est inter longitudinē longiorē verā ⁊ inter lunā.S3 fuit eius longitudo a longitudine longiore media in tpe ꝯsiderationis.333.partes ⁊ 12.minuta.si ergo nos posuerimus longitudinē longiorē mediā sup punctū.m.⁊ ꝓtraxerimus lineam.m.b.n.et ꝓduxerimus sup eā a puncto.e.perpendicularem.e.s.erit totus arcus m.r.b.residuū ꝯplemēti circuli.26.ptes ⁊.48.m̄.⁊ remanebit vt sit arcus.r.m.12.ptes ⁊.5.minuta.Quapropter erit angulus.m.b.r.qui est eq̄lis angulo.e.b.s.12.ptes ⁊.5.m̄.fm quātitatē qua erūt q̄ttuor anguli recti.360.partes.⁊ fm quātitatē q̄ erūt duo anguli recti.360.partes:erit.24.ptes ⁊.10.m̄. Et arcus q̄ est sup lineā.e.s.erit.24.ptes ⁊.10.m̄.fm q̄ntitatē qua erit circulus ꝯtinēs triangulū.b.e.s.orthogoniū.360.ptes.Et erit chorda.e.s.25.ptes ⁊.7.m̄.fm quātitatē q̄ erit linea.b.e.120.ptes.ergo fm q̄ntitatē qua erit linea.b.e.48.ptes ⁊.31.m̄.⁊ linea.d.e.que est id q̄d est inter duo centra.10.ptes ⁊.19.minuta.erit linea.e.s.10.ptes ⁊.8.m̄.Et etiā q2 angulus.a.e.b.fm ꝙ positū est:est.181.partes: fm q̄ntitatē qua erūt duo anguli recti.360.ptes.⁊ iam ostēsum est ꝙ āgulus.e.b.n.est.24.ptes ⁊.10.m̄.ergo ꝓpter hoc erit āgulus.e.n.b.residuus fm illā q̄ntitatē.156.ptes ⁊.50.m̄. ⁊ erit arcus qui ē sup lineam.e.s.156.ptes ⁊.50.minuta:fm quātitatem qua erit circulus ꝯtinens triangulum.e.n.s.orthogoniū.360.ptes.⁊ erit chorda.e.s.117.ptes ⁊.32.m̄.fm q̄ntitatē qua erit diameter.e.n.120.ptes: fȝ q̄ntitatē ergo qua erit linea.e.s.10.ptes ⁊.8.m̄.⁊ linea.d.e.q̄ est inter duo centra.10.partes ⁊.19.minuta.erit linea.e.n.10.ptes ⁊.20.m̄.Ex h ergo iam demonstratū est:ꝙ linea.n.b.que ꝑuenit vsq3 ad pūctum.m.q̄d est longitudo longior media secat cū declinatione sua ad punctū.n.lineā.e.n.equalē linee.d.e.fere:que est id q̄d est inter duo cētra.Et illud est q̄d oportuit nos declarare. ¶Et iā inuenimus illas ꝓportiōes aggregatas circiter ex ꝯsiderationibus pluribus alijs:ita ꝙ verificet ex eis ꝓprietas modi lune:qui est propter declinationē orbis reuoluentis.⁊ erit vt cētrum orbis reuoluentis reuoluat super punctū.e.q̄d est centrū orbis signorū:⁊ nō erit declinatio diametri orbis reuoluētis:que



terminat punctū longitudinis longioris medie orbis reuoluentis ad punctū.e.qȏ est cētrū orbis reuolutionis medie:sicut est in alijs.sed erit eius declinatio semp ad punctū.n.ſm longitudinem eq̄lem linee.d.e.que est id quod est inter duo centra.

¶Capitulum sextum De scientia accipiendi cursum lune verum ex motibus reuolutionū per lineas mensurabiles.


Ostquā hoc ita iam declaratū est: sequitur vt adiungamus ei:quō in diuisione reuolutionū lune:cum acceperimus loca eius per motus medios:inueniemus augmētū ⁊ diminutionem qȏ addit̄ sup locū eius per cursum eius mediū in longitudine aut minuit̄ ex eo.qȏ est quātitas diuersitatis ex numero longitudinis que est inter solem ⁊ lunam:⁊ que est inter longitudinē longiorē ⁊ īter locum lune in orbe reuoluēte. Per lineas vō mēsurabiles erit cōprehensio huius cognitiōis ſm capitula sil'ia istis capitulis positis. ¶Si enī exēplificauerim⁹ exēplo simil' forme precedenti postreme:⁊ posuerimus motus illaꝝ reuolutionū:que sunt longitudinis ⁊ diuersitatis:sc₃ longitudinis quidē duplicis:que est.90.ptes ⁊.30.minuta.⁊ diuersitatis quidē que est a longitudine longiore media orbis reuoluētis:q̄ est.333.ptes ⁊.12.minuta.⁊ protraxerimus lineam:supra quā sint.n.s.loco ꝑpendicularis.e.s.⁊ lineā.h.l.loco.l.b. Tunc per illa capitula etiā(postq̄ȝ iam sciuisti angulos qui sunt apud centrū.e.⁊ duas chordas.d.e.⁊.e.n. eq̄les)declarabit̄:ꝙ vnaqueq₃ duarū lineaꝝ.d.k.⁊.n.s.est.10.partes ⁊.19.minuta fere:ſm quātitatē qua erit.d.b.que est medietas diametri orbis centri egrediētis.49.ptes ⁊.41.m̄. ⁊.b.h.que ē medietas diametri orbis reuoluētis q̄nq₃ ptes ⁊.15.m̄.⁊ vnaq̄q₃ duaꝝ lineaꝝ e.k.⁊.e.s.ſm illā q̄ntitatē erit q̄nq₃ minuta. Quapropter tota quidē linea.b.k.quēadmodū ostensum est in precedētibus:erit.48.ptes ⁊.36.m̄.ſm illā q̄ntitatē.⁊ linea.b.e.sil'r erit.48 ptes ⁊.31.m̄.⁊ linea.b.s.residua erit.48.ptes ⁊.26.m̄.Et q2 qȏ aggregatum est ex multiplicatione linee.b.s.in se:⁊ linee.n.s.in se:equale erit multiplicationi linee.b.n.in se:erit longitudo eius.49.ptes ⁊.31.minuta:ſm quātitatē qua erit linea q̄dē.n.s.10.ptes ⁊.19.m̄.ſm quātitatē ergo q̄ erit diameter.b.n.120.ptes:erit linea quidē.n.s.25.ptes fere.⁊ arcus qui est supra eā:erit.24.ptes ⁊.3.m̄.ſm q̄ntitatē qua erit circulus ɔtinens triangulum.n.b.s.orthogoniū.360.ptes.Quapropter erit angulus.n.b.s.qui est eq̄lis angulo.r.b.m.24.ptes ⁊ tria minuta:ſm quātitatē qua erūt duo anguli recti.360.partes.s₃ ſm quātitatē qua erunt q̄ttuor anguli recti.360.ptes:erit.12.ptes ⁊ vnū minutū fere.Sil'r ḡ erūt ptes arcus.r.m. qui est orbis reuoluētis.12.ptes ⁊ vnū minutum.Et q2 pūcti.h.qȏ est locus lune:fuit elongatio a pūcto.m.qȏ est lōgitudo lōgior media:que est residuū cōplemēti circuli vnius.26. ptes ⁊.48.minuta.erit arcus.h.r.residuus.14.ptes ⁊.47.m̄. Quapropter erit āgulus.h.b.r. 14.ptes ⁊.47.m̄.ſm quātitatē qua erūt q̄ttuor anguli recti.360.ptes.s₃ ſm quātitatē qua erunt duo anguli recti.360.ptes:erūt.29.ptes ⁊.34.m̄.arcus igit̄ qui est sup lineā.h.l.erit 29.ptes ⁊.34.m̄.ſm q̄ntitatem qua erit circulus ɔtinēs triangulū.b.h.l.orthogoniū.360. ptes.⁊ arcus qui est super lineā.l.b.residuus ad cōplendū semicirculū erit.150.ptes ⁊.26. minuta.erūt ḡ chorde eoꝝ.h.l.q̄dē.30.partes ⁊.37.minuta:ſm q̄ntitatē qua erit diameter b.h.120.partes.⁊ chorda quidē.l.b.ſm illā q̄ntitatē erit.117.ptes ⁊ duo minuta.ergo ſm quātitatē qua erit.b.h.sc₃ medietas diametri orbis reuoluentis q̄nq₃ ptes ⁊.15.minuta.⁊ linea.b.e.quēadmodū iam ostensum est.48.partes ⁊.31.m̄.erit linea q̄dem.h.l.pars vna ⁊ 21.minuta.⁊ linea quidē.l.b.sil'r q̄nq₃ partes ⁊.5.minuta.tota ergo linea.e.b.l.erit.53.partes ⁊.36.minuta:ſm quantitatē qua fuit linea.h.l.pars vna ⁊.21.m̄. Et q2 aggregatū etiā ex multiplicatōe cuiusq₃ eaꝝ in se:erit eq̄le q̄drato linee.e.h.erit longitudo linee.e.h.ſm illā quātitatē.53.ptes ⁊.36.minuta fere.ſm quantitatē ergo qua erit diameter.e.h.120.ptes: erit linea.h.l.due partes ⁊.59.minuta.⁊ arcus,qui est sup eā erit due ptes ⁊.52.m̄.ſm quātitatē qua erit circulus ɔtinens triangulū.e.h.l.360.partes.arcus ergo diuersitatis qui est sub.h.e.l.qui est quātitas diuersitatis:erit due partes ⁊.52.minuta:ſm quātitatē qua sunt duo anguli recti.360.partes.sed ſm quātitatē qua erunt quattuor anguli recti.360.ptes: erit pars vna ⁊.26.minuta.Et illud oportuit nos demonstrare.



¶Capitulum septimum De positione tabularum diuersitatis lune vniuersalis.

Et autem demōstremus breui scientia cognitionē additionū ⁊ diminutionū ſm ipsaꝝ diuisiones ponendo tabulas:cōpleuimus tabulam cuius iam p̄misimus positionē in modo singulari per tabulas quibus possibile est equare diuersitatē cōpositam breuiter ⁊ ſm oꝑationē nr̄am:⁊ per illa capitula ⁊ lineas etiā. Nos enī post duas tabulas p̄mas in q̄bus sunt numeri:posuimus tabulā tertiā: in qua sunt additiones ⁊ diminutiones:que sunt ſm quātitatē numeri diuersitatis:vt mu-

temus qđ aggregaꝛ ex motibus medijs qui sunt a longitudine longiore media.s. a puncto m. ad lōgitudinē longiorē verā.s.ad pūctū.r. Nos nāqꝫ queādmodū p̄misimus in hac lōgitudine posita: q̄ ē.90.ptes ⁊.30.m̄. ꝙ arcus.r.m.est.12.ptes ⁊.1.m̄. tūc vt īuenirēmꝰ ptes lōgitudis lune: q̄ ē a pūcto.r.qđ est lōgitudo lōgior vera.333.⁊.30.m̄.⁊ cuiꝰ lōgitudo fuit a puncto.m.qđ est lōgitudo lōgior media.333.ptes ⁊.12.m̄. adiūximus eis arcū.r.m.et fcā est lōgitudo eius lōgior vera.345.ptes ⁊.13.m̄. q̄ sūt ptes quibꝰ oportet assumere additionē aut diminutionē: q̄ sunt motus medij in lōgitudine ꝓpter orbē reuoluētē. Et silr oportet vt assumanꝛ numeri alij: q̄ sūt lōgitudinis. ⁊ assumamꝰ q̄ntitates additionū ⁊ diminutionū positaꝝ: q̄ sunt cū illis portionibꝰ: quibꝰ fuerūt portiōes mēsurate. Et ne ꝓlōgemus s̄monē in oī hora: ponemꝰ in tabula tertia ꝓprietatē cuiusqꝫ modoꝝ. Et ponemꝰ in tabulis q̄ sūt pꝰ ipsas: in tabula q̄dē q̄rta ponemꝰ diuersitates quaꝝ positionē p̄misimꝰ in tabula p̄ma: q̄ ē ꝑ diuersitatē orbis reuoluētis, cuiꝰ maioris additiōis ⁊ diminutiōis sūma est.5.ptes fere: s̄m quātitatē ꝓportiōis.60.ad.5.ptes ⁊.15.m̄. Et in tabula q̄nta ponemꝰ supfluitatē diuersitatū: q̄ est ex diuersitate q̄ ē inter diuersitatē scđam ⁊ diuersitatē p̄mā. ⁊ aggregaꝛ vt sit diuersitas additiōis ⁊ diminutōis maior hic.7.ptes ⁊.12.m̄. s̄m ꝓportionē.60.ad octo. vt sit tabula q̄rta locus orbis reuoluētis in applicationibꝰ in longitudine lōgiore orbis cētri egredientis. ⁊ vt sit tabula q̄nta eoꝝ que aggreganꝛ ex additōibꝰ diuersitatis que est ex loco orbis reuoluētis in longitudine ꝓpinquiore orbis centri egredietis in q̄draturis. Et vt assumamus portiōes augmētoꝝ trāsitus orbis reuoluētis in eis que sūt inter hec duo loca: ponemꝰ ad h̄ tabulā sextā: in q̄ sūt minuta q̄ oportet addi in vnoquoqꝫ nūeroꝝ lōgitudinis q̄ est diuersitatis posite. ⁊ oportet vt addaꝛ sup illō qđ ē in tabula q̄rta ex additōe ⁊ diminutōe qđ ē ꝑ diuersitatē p̄mā positā. Et s̄m hūc modū ponemꝰ qđ diximꝰ. ¶ Describā aūt ad exēplū illius ēt orbē cētri egredietis lunarē: supra quē sint.a.b.g. supra cētrū.d.et sit diameter eius.a.d.g. ⁊ cētrū orbis signoꝝ super pūctū.e. ⁊ secabo arcū.a.b. ⁊ describam orbē reuoluētē supra cētrū.b. supra quē sint.r.b.t. ⁊ ꝓtrahā lineā.e.b.r. ⁊ ponā hāc lōgitudinē a sole vbi grā.60.partes. fiet ergo angulus.a.e.b.ēt ꝓpter ea quoꝝ p̄cessit iā declaratio: qui est duplū huiꝰ lōgitudinis posite.120.ptes. Et ꝓducā a pūcto.d. sup lineā.b.e. ꝑpendicularē.d.l. ⁊ ꝓtrahā etiā lineā.d.t.b.h. Et fiet linea que ꝓduciꝛ a cētro.e.ad lunā, ɔtingēs orbē reuoluētē: vt sit maior diuersitas sup lineā.e.m.n. ⁊ ꝓtrahā ꝑpēdicularē.b.m. Et qꝛ angulus.a.e.b.ē.120.ptes: s̄m q̄ntitatē q̄ erūt q̄ttuor āguli recti.360.ptes. ⁊ s̄m q̄ntitatē q̄ erūt duo āguli recti.360.ptes erit.240.ptes: erit āgulus.d.e.l. q̄ ē ɔplemētū eiꝰ qđ remāet ex duobꝰ rectis.120.ptes. Quaꝓpter erit arcus q̄ est supra lineā.d.l.120.ptes: s̄m quātitatē qua erit circulus ɔtinēs triangulum.d.e.l. orthogoniū.360.ptes. ⁊ arcus q̄ est super lineā.e.l. residuū cōplemēti semicirculi erit.60.ptes. Erūt ḡ eoꝝ chorde: chorda q̄dē.e.l.60.ptes: s̄m quātitatē q̄ diameter.d.e. est.120.partes. ⁊ chorda.d.l. s̄m illā quātitatē erit.103.ptes ⁊.55.m̄. s̄m q̄ntitatē ḡ q̄ erit linea.d.e.10.ptes ⁊.19.m̄. ⁊ linea.d.b.49.ptes ⁊.41.m̄. erit linea q̄dē.e.l. q̄nqꝫ ptes ⁊.10.m̄. fere. ⁊ linea q̄dē.d.l.8.ptes ⁊.56.m̄. Et qꝛ cū minuiꝛ ex.b.d. multiplicata in se.d.l. multiplicata in se: erit residuū.b.l. multiplicata in se. tūc erit longitudo totiꝰ.b.e.l.48.ptes ⁊.53.minuta. Et erit.e.b. residua s̄m illā quātitatē.43.ptes ⁊.43.m̄. s̄m quātitatē q̄ erit.b.m. q̄ ē medietas diametri orbis reuoluētis q̄nqꝫ ptes ⁊.15.m̄. s̄m quantitatē ergo q̄ erit diameter e.b.120.ptes erit linea.b.m.14.ptes ⁊.25.m̄. ⁊ arcus q̄ est sup eā erit.13.ptes ⁊.48.m̄. s̄m q̄ntitatē q̄ erit circulus ɔtinēs triāgulū.b.e.m. orthogoniū.360.ptes. Angulus igiꝛ.b.e.m. ɔtinens maiorē diuersitatē erit.13.ptes ⁊.48.m̄. s̄m quātitatē qua erunt duo anguli recti 360.partes. sed s̄m quātitatem qua erunt quattuor anguli recti.360.ptes: erunt sex partes ⁊.54.minuta. Et hoc debuimus ostendere.



¶ Capitulum octauum De positione tabularum diuersitatis lune vniuersalis.

Sit ergo superfluitas que est īter diuersitatē que est ꝑ hāc longitudinē: ⁊ inter diuersitatē q̄ est ꝑ longitudinē longiorē (q̄ est q̄nqꝫ ptes ⁊ vnū minutū) pars vna ⁊.53.m̄. sed tota diuersitas que erit: quousqꝫ ꝑueniat ad longitudinē ꝓpinquiorē: sit due ptes ⁊.39.m̄. s̄m q̄ntitatē ḡ q̄ erit diuersitas maior.60.partes: erit pars vna ⁊.53.m̄.42.ptes ⁊.38.m̄. ⁊ vnū secūdū. Et ponā illud oppositū numero.120.q̄ est lōgitudinis, in tabula sexta. Et silr in portionibꝰ reliq̄s ēt nūeranꝛ ꝑ illa capitula alia que assumunꝛ ex supfluitate q̄ est inter duas diuersitates. ⁊ ponā corā proprietate cuiusqꝫ numeroꝝ qđ ipm ɔtingit ex minutis. Et manifestū est: ꝙ numerꝰ.60. totus positus, oppositꝰ ē duplo.90.ptiū (qđ ē lōgitudinis) qđ ē.180.ptes: q̄ sunt lōgitudinis ꝓpinquioris orbis cētri egredietis. ¶ Et iam ponemus tabulā septimā: in qua est trāsitus lune in latitudine in ambabus ptibus orbis signoꝝ: sicut orbis descriptus sup polos eius.s. arcus q̄ separanꝛ ex h̄ orbe: q̄ sunt inter orbē signoꝝ ⁊ īter orbē lune decliuē: cuius reuolutio est sup cētrū orbis signoꝝ in vnaq̄qꝫ reuolutionū ꝑticulariū: quā ipse reuoluit in orbe lune decliui.

Dictio

Et vtemur in declaratione illius capitulo quo demonstrantur arcus qui sunt inter orbem equationis diei ꝛ inter orbē signoꝝ: orbis descripti super polos eoꝝ. Dic ṽo nō accipiemus nisi arcū qui est inter orbē signoꝝ ꝛ inter longitudinē longiorē orbis lune decliuis in septētrione: ꝛ longiorē longitudinē eius in meridie: orbis magni descripti super polos eoꝝ: qui est q̄nq; ptes. qm̄ ita declarat̃ nobis ꝛ Abrachi ex eis q̄ vident̃: q̄ longitudo longior lune in septētrione ꝛ lōgior longitudo eius in meridie ab orbe signoꝝ est h̄ quātitas fere: ꝛ cūcta q̄ vident̃ in luna p cōsideratiōes lunares: ꝛ ex eis q̄ vident̃ ex stellis: ꝛ q̄ vident̃ p instr̄m sil̄r īuenimus cōueniētiā longitudini trāsitus ei⁹ in latitudine: sicut declarabit̃ cōueniētia ꝛ cōitas sup ipsam p illō qō declarabit̃ post h̄. ⸿Et hec ē forma tabulaꝝ diuersitatis lune v̄lis.

⸿Tabula diuersitatis lune vniuersalis.


⸿ Inclinationū orbis reuoluentis. Linee numeri communes.		⸿ Tabule diuersitatis prime singularis. Additiones ꝛ diuisiones. orbis cētri egredientis:		orbis reuoluentis.		Tabula supfluitatū diuersitatis secūde sup primam. ⸿ Diuersitates orbis reuoluēti⁹		Tabula ꝑportionū ꝛ minutorū eius. ⸿ Diuersitates ul'timinutorum.		⸿ Partes latitudinis latitudo lune In septentrione ꝛ meridie	
prima	secūda	tertia		quarta		quinta		sexta		septima	
ptes	ptes	p⁹	m̄.	p⁹	m̄.	p⁹	m̄.	m̄.	m̄.	p⁹	m.
6	354	0	53	0	29	0	14	0	12	4	58
12	348	1	47	0	57	0	28	0	24	4	54
18	342	2	39	1	25	0	42	1	20	4	45
24	336	3	31	1	53	0	56	2	16	4	34
30	330	4	23	2	19	1	10	3	24	4	20
36	324	5	15	2	44	1	23	4	32	4	3
42	318	6	7	3	8	1	35	6	28	3	43
48	312	6	58	3	31	1	44	8	18	3	20
54	306	7	48	3	51	2	54	10	22	2	56
60	300	8	36	4	8	2	3	12	26	2	30
66	294	9	22	4	24	2	11	15	5	2	2
72	288	10	6	4	38	2	18	17	44	1	33
78	282	10	48	4	49	2	25	20	34	1	3
84	276	11	37	4	56	2	31	23	24	0	32
90	270	12	0	4	59	2	35	26	36	0	0
93	267	12	15	5	0	2	37	28	52	0	16
96	264	12	28	5	1	2	38	29	49	0	32
99	261	12	39	5	0	2	39	31	25	0	48
102	258	12	48	4	59	2	39	33	1	1	3
105	255	12	56	4	57	2	39	34	37	1	17
108	252	13	3	4	53	2	38	36	14	1	33
111	249	13	6	4	49	2	38	37	50	1	48
114	246	13	9	4	44	2	37	39	26	2	4
117	243	13	7	4	38	2	35	41	2	2	16
120	240	13	4	4	32	2	32	42	38	2	30
123	237	12	59	4	29	2	28	44	3	2	43
126	234	12	50	4	16	2	24	45	28	2	56
129	231	12	36	4	7	2	20	46	33	3	8
132	228	12	16	3	57	2	16	48	58	3	30
135	225	11	54	3	46	2	11	49	32	3	32
138	222	11	29	3	35	2	5	50	45	3	43
141	219	11	2	3	23	1	58	51	59	3	53
144	216	10	33	3	10	1	51	53	12	4	3
147	213	10	0	2	56	1	43	54	3	4	11
150	210	9	22	2	43	1	35	54	44	4	20
153	207	8	38	2	28	1	27	55	45	4	27
156	204	7	48	2	13	1	19	56	36	4	34
159	201	6	56	1	57	1	11	57	55	4	40
162	198	6	3	1	41	1	2	58	55	4	45
165	195	5	8	1	25	0	52	59	35	4	50
168	192	4	11	1	9	0	42	59	16	4	54
171	189	3	12	0	52	0	31	59	26	4	56
174	186	2	11	0	35	0	21	59	26	4	58
177	183	1	7	0	18	0	10	59	49	4	59
180	180	0	0	0	0	0	0	60	0	5	0

ℭ Capitulum nonum De scientia numerationis diuersitatis lune vniuersalis.


Quotienscunqȝ voluerimus numerare diuersitatem lune ⁊ locum eius verum: ex eis que posuimus in tabulis: accipiemus motus medios ex tempore posito in alexandria in longitudine lune: ⁊ elõgationẽ eius: ⁊ diuersitatẽ ipsius: ⁊ latitudinẽ eius: ſm modum quẽ declarauimus. ⁊ duplabimus ꝑmum numerum elongationis semper in omni hora: ⁊ proiciemus reuolutiõem integram: si fuerit. Postea mittemus comprehensum in tabulas diuersitatis: ⁊ accipiemus partes que opponũtur illi numero in tabula tertia. Tũc si fuerit ille numerus duplat⁹ ab vna pte vsqȝ ad. 180. partes tm̃: addemus illas partes super partes diuersitatis medias. Et si fuerit numerus ille maior. 180 partibus: minuemus eas ex eis. et qd̃ fuerit post augmentũ aut diminutionem erit diuersitas vera. Postea assumemus numerũ diuersitatis vere: que cõprehẽsa fuit nobis post augmẽtum aut diminutionẽ: ⁊ mittemus ipsum in tabulas illas: et accipiemus qd̃ opponitur ei ex augmento vel diminutione in tabula quarta. et etiam diuersitatem que opponitur ei in tabula quinta. ⁊ seruabimus vnũqđqȝ eoꝝ per se. Deĩde post hoc accipiemus numerum duplatum: qui est elõgatio media: ⁊ mittemus ipsum in illas tabulas: ⁊ accipiemus qd̃ opponitur ei ex minutis in tabula sexta. Deinde assumemus ſm quãtitatem illorum minutorum ex diuersitate quã seruauimus: ⁊ addemus illam semper sup locũ in tabula quarta additionis aut diminutionis. postea considerabimus qd̃ aggregabitur nobis ex ptibus. tunc si fuerit numerus diuersitatis vere a parte vna vsqȝ ad. 180. partes: minuemus illas partes ex partibus lõgitudinis ⁊ latitudinis mediarum. ꝙ si fuerit maior. 180. partibus: addemus illas partes super partes longitudinis ⁊ latitudinis mediarum. Deinde accipiemus comprehensum ex numero longitudinis: ⁊ computabimus ipsum a parte que est locus lune medius. et vbi prouenerit nobis numerus ille: dicemus ꝙ ille est locus lune verus. Postea accipiemus numerum latitudinis: qui est longior longitudo septẽtrionis: ⁊ mittemus ipm̃ in illas tabulas: et considerabimus numerum partium que opponunt̃ ei in tabula septima: que est latitudinis: ⁊ dicemus ꝙ ipse sunt elongatio centri lune a linea medij cinguli signoꝝ in orbe magno descripto sup polos eius. Si ergo ceciderit numerus (quẽ misimus) in quindecim areas ꝑmas: dicemus ꝙ latitudo lune est in septẽtriõe. Qꝫ si ceciderit in eis que sunt post quindecim areas ꝑmas: dicemus ꝙ latitudo est in meridie. In tabula nãqȝ numeroꝝ ꝑma est trãsitus lune a septẽtriõe ad meridiẽ. Et in tabula secũda a meridie ad septẽtrionẽ.

ℭ Capitulum decimum In quo ostenditur ꝙ in applicationibus lune: scȝ oppositione ⁊ cõiunctione non erit diuersitas que est propter orbem centri egrediẽtis magne quãtitatis.


Et quia sequitur ea que narrauimus vt quidã homines dubitẽt: tũc dicimus ꝙ iam erit diuersitas manifesta in coniunctionibus ⁊ oppositionibus: ⁊ in eclypsibus que sunt in eis: ꝑpter orbem egredientis centri lunarẽ. Non enim est in omni hora neqȝ necessario: vt sit semper centrum orbis reuoluentis in veritate longitudinis longioris orbis centri egredientis. sed iam possibile est vt elõgetur ab eo ſm arcum magnum: propter hoc ꝙ eius loca in longitudine longiore non erũt nisi in applicationibus que videntur medie. Coniunctiones autem ⁊ oppositiones vere erũt cũ eo quod accidit vnicuiqȝ duorum luminariũ ex diuersitate. Pẽsemus ergo vt ostendamus ꝙ huius diuersitatis non est quantitas faciens in aliquo eorum que videntur in applicationibus errorem cuius sit magna quantitas: q̃uis non imaginemur cũ ea diuersitatẽ que erit propter orbem centri egrediẽtis. ℭ Et faciam ad exẽplum illius circulum orbis centri egredientis lunarem: supra quẽ sint. a. b. g. supra centrum. d. ⁊ diametrũ a. d. g. in quo quidem sit centrum orbis signorum punctum. e. ⁊ nota quidem declinationis que opponitur pũcto. d. sit punctum. r. ⁊ separabo arcum. a. b. a puncto. a. qd̃ est longitudo longior. ⁊ lineabo super punctum. b. orbem reuoluentem: supra quẽ sint. h. t. k. l. ⁊ protraham lineam. b. d. ⁊ lineam. b. k. e. ⁊ etiam lineam. b. l. r. Et quia declaratur ex duobus modis possibile esse: vt diuersificetur quantitas diuersitatis: que est ex loco centri orbis egredientis in puncto. a. quod est longitudo longior: propter hoc ꝙ quando fuerit locus eius in longitudine ꝓpinquiore: fiet angulus qui est apud punctum. e. maior: et propter hoc ꝙ declinatio diametri que erit a longitudine longiore media ⁊ longitudine propinquiore media: non erit ad punctum. e. qd̃ est centrum signorum: sed ad punctum. r. ⁊ augebitur diuersitas aut propter causam ꝑmam: cũ fuerit diuersitas lune maior. aut propter causam secundam: cum fuerit locus lune in longitudine longiore aut longitudine propinquiore orbis reuoluentis. Et cum acciderit vt sit diuersitas que est propter causam primam maior: tunc erit diuersitas que est propter causam




secundam omnino insensibilis: ꝓpter hoc ꝙ luna erit super lineas contingentes orbem reuoluentem. et erit tunc diuersitas additionis ⁊ diminutionis in tempore longo diuersitas vna. et erit possibile vt sit diuersitas que est inter applicationem mediam ⁊ applicationem veram: s̄m illas ambas diuersitates que sunt ex diuersitate cuiusq͂ duorũ luminariũ: cum vnum eorum augmentatum: ⁊ alterum diminutum fuerit. Et cum acciderit vt sit diuersitas declinationis maior ea que est propter causam secundam: erit etiam tunc diuersitas que est propter cām primam insensibilis: propter hoc ꝙ tota diuersitas: aut erit parua valde: aut nõ erit omnino. ⁊ illud est cum fuerit luna aut in longitudine longiore: aut in longitudine propinquiore orbis reuoluentis. et erit diuersitas que est inter applicationem mediam ⁊ applicationem veram: ipsa diuersitas que est propter solem tm̃. ¶ Ponam autem vt sit sol in maiore additionũ suarum: que est due partes ⁊. 23. minuta. ⁊ luna sit primum in maiore diminutione sua: que est quinq͂ partes ⁊ vnum minutum: vt sit angulus. a. e. b. continens duplum partium ambarum diuersitatum septẽ partium ⁊. 24. minutoꝝ. quarum duplum sunt 14. partes ⁊. 48. minuta. Et protrabam a puncto. e. lineam contingentem orbem reuoluentẽ supra quã sint. e. t. ⁊ producam perpendicularem. b. t. Et ꝓtrabam etiam a puncto. d. super lineam. b. e. perpendicularẽ. d. m. Et quia angulus. a. e. b. est. 14. partes ⁊. 48. minuta: s̄m quãtitatem qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes. ⁊ s̄m quãtitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes: erũt. 29. partes ⁊. 36. minuta. erit arcus qui est supra lineam. d. m. 29. partes ⁊. 36. minuta: s̄m quantitatem qua erit circulus continens triangulum. d. e. m. orthogonium. 360. partes. angulus ergo. e. d. m. qui est arcus residui complemẽti semicirculi: erit 150. partes ⁊. 24. minuta. Et erunt eoꝝ chorde: chorda quidem. d. m. 30. partes ⁊. 39. minuta: s̄m quantitatem qua erit diameter. d. e. 120. partes. ⁊ chorda. e. m. s̄m illam quantitatem. 116. partes ⁊ vnum minutum. Propter hoc ergo s̄m quantitatem qua erit linea. d. e. que est id quod est inter duo centra decem partes ⁊. 19. minuta: ⁊ linea. b. d. que est medietas diametri orbis centri egrediẽtis. 49. partes ⁊. 41. minuta: erit linea. d. m. due ptes ⁊. 38. minuta. ⁊ linea. e. m. similiter. 9. partes ⁊. 59. minuta. Et quia cum ex quadrato linee. b. d. minuitur quadratum linee. d. m. remanet quadratum linee. b. m. erit longitudo linee. b. m. 49. partes ⁊. 37. minuta. ⁊ tota linea. b. m. e. erit. 59. partes ⁊. 36. minuta: s̄m quantitatem qua erit linea. b. t. que est medietas diametri orbis reuoluẽtis: quinq͂ partes ⁊. 15. minuta. s̄m quantitatem ergo qua erit diameter. e. b. 120. partes: erit linea. b. t. decem partes ⁊. 34. minuta. ⁊ arcus qui est super eam erit decem partes ⁊ sex minuta: s̄m quantitatem qua erit circulus continens triangulum. b. e. t. orthogonium. 360. partes. angulus ergo. b. e. t. qui est diuersitas maior: erit decem partes ⁊ sex minuta: s̄m quantitatem qua erunt duo anguli recti 360. ptes. ⁊ s̄m quantitatem qua erunt q͂ttuor anguli recti. 360. partes: erũt quinq͂ ptes ⁊ tria minuta: loco quinq͂ partium ⁊ minuti vnius: que erunt cum fuerit centrum orbis reuoluentis in puncto. a. quod est longitudo longior. Fit enim tunc diuersitas que est ꝓpter hanc causam duo minuta partis vnius. Et h' quidẽ est qδ non peruenit ad hoc vt sit medietas octaue hore vnius. Et illud est qδ oportuit nos demonstrare.



Ponam etiam vt sit luna in longitudine propinquiore media sup pũctum. l. ad hoc vt sit angulus. a. e. b. continens fere duplum partium diuersitatis solis tm̃. s. q͂ttuor partium ⁊. 46. minutoꝝ. Et in simili huius forme: cum ꝓtraxerimus lineam. e. l. et ꝓduxerimus super lineam. e. b. duas perpendiculares a puncto quidem. l. perpendicularem. l. i. ⁊ a puncto. r. perpendicularem. r. s. tunc s̄m similitudinẽ eoꝝ que precesserũt qm̃ angulus qui est apud punctũ. e. erit quattuor partes ⁊. 46. minuta: s̄m quantitatẽ qua quattuor anguli recti erunt. 360. partes. ⁊ s̄m quãtitatem qua erunt duo anguli recti. 360. ptes: erit nouem ptes ⁊. 32. minuta: erit quisq͂ duorũ arcuũ qui sunt sup duas lineas. d. m. et. r. s. nouem partes ⁊. 32. minuta: s̄m quãtitatem qua erit quisq͂ duoꝝ circulorum continentiũ duos triangulos. e. d. m. ⁊. e. r. s. orthogonios. 360. partes. et erit quisq͂ duoꝝ arcuũ qui sunt super duas lineas. e. m. ⁊. e. s. existentium residuũ complementi medietatis sui circuli. 170. partes ⁊. 28. minuta. ergo vnaqueq͂ duarum chordarũ. d. m. ⁊. r. s. erit nouem partes ⁊. 58. minuta: s̄m quantitatem qua erit vnaqueq͂ duarũ diametroꝝ. d. e. ⁊. e. r. 120. partes. Et vnaq͂q͂ duarũ chordarũ. e. m. ⁊. e. s. s̄m illam quãtitatẽ erit. 119. partes. ⁊. 35. m̃. s̄m quantitatem ergo qua erit vnaqueq͂ duaꝝ linearũ. d. e. ⁊. e. r. decem partes ⁊. 19. minuta: ⁊ d. b. medietas diametri orbis egredientis centri. 49. partes ⁊. 41. minuta: erit vnaq͂q͂ duaꝝ linearũ. d. m. ⁊. r. s. 51. minuta. et vnaqueq͂ duarum linearũ. m. e. ⁊. e. s s̄m illam quantitatem erit decem partes ⁊. 17. minuta. Et quia cum ex quadrato linee. d. b. minuitur quadratum linee. d. m. remanet quadratum linee. b. m. s̄m illam quantitatem. 49. partes ⁊. 41. minuta fere: tunc fiet linea. b. e. 59. partes ⁊. 58. minuta. ⁊ tota linea. b. s. s̄m illam quãtitatem erit. 70. partes ⁊. 15. minuta: s̄m quãtitatẽ qua fuit linea. r. s. 51. minuta. Quapropter erit chorda. b. r. equalis illis partibus. 70. partes ⁊. 15. minuta. Et sicut linea. b. r. est apud vnãquãq͂ duarũ lineaꝝ. r. s. ⁊. b. s. similiter erit linea. b. l. apud vnãquãq͂ duarũ lineaꝝ. l. i. ⁊. b. i.



ſm quantitatem ergo qua erit linea.b.l.ſcꝫ medietas diametri orbis reuoluētis quinqꝫ partes ⁊.15.minuta:cum iam oſtenſum ſit ꝙ linea.b.e.eſt.59.partes ⁊.58.minuta:erit linea l.i.quattuor minuta.⁊ linea.b.i.quinqꝫ partes ⁊.15.minuta fere.⁊ remanet vt ſit linea.e.i.54.partes ⁊.43.minuta.ſm quantitatem qua erit linea.l.i.quattuor minuta. Et quia propter hoc quod diximus:ꝙ chorda.l.e.non eſt diuerſa a.54.partibus ⁊.43.minutis: fit vt cum fuerit diameter.l.e.120.partes:erit linea.l.i.octo minuta fere.⁊ arcus qui eſt ſuper eā erit octo minuta:ſm quātitatem qua erit circulus continens triangulum.e.l.i.orthogoniū.360.partes.ergo angulus.b.e.l.qui eſt diuerſitas que eſt inter lunā ⁊ inter declinationē q̄ eſt ad punctum.r.erit octo minuta:ſm quātitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes.⁊ ſm quātitatem qua erunt quattuor āguli recti.360.partes:erit q̄ttuor minuta. Jam ergo facta eſt ēt hic diuerſitas lune quattuor minuta.Et illud eſt cuius error non eſt magne quātitatis in eis que videnť in applicationibus:qm̄ non erit quātitas octaue hore fere. Et nō ē extraneum vt cadat multotiens equale huic etiā in eis que videnť in conſiderationibus.Et illud eſt quod oportuit nos declarare.



ET nos non affirmauimus ea que narrauimus ex eo:niſi ad ſignificandas iſtas diuerſitates:que ſunt propter orbem centri egredientis.⁊ dimiſimus earum operationem(cum dimiſimus eam apud inquiſitionem nr̄am ſcientie applicationum) non quia ſit impoſſibilis eaꝝ operatio:etſi ſit parua:ſed quia non affert nobis aliquid erroris ſenſibile in eis que demonſtrauimus de eclypſibus lunaribus:cum dimiſimus earum operationem. Ea v̄o que fiunt in inquiſitione comprehenſionis verificationis motuum lune ⁊ locorum eius:ſunt que narrauimus.¶ Et quia accidit in luna vt nō ſit curſus eius verus in ſenſu:equalis curſui eius in viſu:propter hoc ꝙ(ſicut diximus)non eſt quātitas terre apud quātitatem longitudinis eius in ſpera ſua ſicut pūctum.fit propter ea que videntur in alijs modis: ⁊ precipue que videnť in eclypſibus ſolis:vt ſequať ea que prediximus neceſſario narratio diuerſitatum aſpectuum lune:propter quos poſſimus cognoſcere motus lune qui videntur per aſpectum aſpiciētium eā ex ſuperficie terre:vel motus veros qui ſunt a centro terre vſqꝫ ad orbem ſignorum.Et etiam econtrario cognoſcere motus veros per motus qui videntur.

¶ Capitulum vndecimum De ſcientia diuerſitatis aſpectuum lune.

ET ſequitur etiā hanc inquiſitionem ꝙ non eſt poſſibile ſcire quātitatem particularium diuerſitatū aſpectuū: quin ſciatur longitudo lune a terra:neqꝫ eſt poſſibile ſcire longitudinem lune:quin ſciatur aliqua diuerſitatū aſpectuū. quoniā in eo in quo nō eſt diuerſitas ſenſibilis.ſ.omni apud quātitatem longitudinis cuius in ſphera ſua eſt terra ſicut punctū:oſtēdam nō eſſe poſſibile inuenire longitudinem eius. Jn eo aūt cuius eſt diuerſitas aſpectus ſicut in luna:oportet tm̄ vt inueniať eius lōgitudo prius propter diuerſitatem aſpectus vnā notam. Poſſibile eſt enim comprehendere illud per conſiderationem diuerſitatis vnius ſolum.Et non eſt poſſibile comprehēdere quantitatem longitudinis per conſiderationem. Abrachis v̄o non poſuit plurimum inquiſitiōis huius niſi propter ſolem.qm̄ ex eis que accidūt in luna ⁊ in ſole(que narrabimus poſt hoc)ſequitur illud:vt cum ſcitur longitudo vnius duorum luminariū:ſciatur ex ea longitudo alterius.Et ſtuduit vt ſciret longitudinē ſolis.poſtea demonſtrauit ex ea longitudinem lune. Prius autem poſuit diuerſitatem viſus ſolis tm̄ minorem que ſentitur: vt ex ea acciperet longitudinē eius. Deinde poſt illud demonſtrauit per eclypſim ſolarem :quā ipſe poſuit.et poſuit diuerſitatem viſus ſolis quādoqꝫ minorem que ſentiť.quādoqꝫ poſuit eā maiorem. Et ex hoc facta fuit lōgitudo lune diuerſa apud eū in omni modoꝝ quos poſuit. Et omnino fuit longitudo in qua non eſt dubitatio:non tm̄ in mēſura quātitatis diuerſitatis viſionis ſolis:ſed in hoc vtrum ſolis ſit diuerſitas viſus.

¶ Capitulum Duodecimum De artificio inſtrumenti : quo ſcitur quantitas diuerſitatis aſpectus lune.


ET autem non vteremur in hac inquiſitione aliqua cauſarum occultaꝝ:preparauimus inſtr̄m quo poſſimus conſiderare ſm plurimum quo poſſibile eſt ſcire: quanta erit diuerſitas aſpectus lune ſm verificationem.⁊ quāta ſit longitudo loci eius a puncto ſummitatis capitum:in orbe magno deſcripto ſupra duos polos horizontis:⁊ ſuper centrum lune. Accepimus duas regulas:quattuor habētes angulos.quarum quidē longitudo non ſit minor quattuor cubitis:vt poſſimus diuidere longitudinem in partes multas.Quantitas v̄o quā queqꝫ eaꝝ continet:ſit laudabilis media quātitatum:⁊ ſm quātitatem qua non flectanť propter longitudinē eaꝝ:ſed vt ſint ve-


hementer plane ⁊ recte: sm ꝙ subtilius et verius possibile est vnūquodq; laterū earum rectificari. Deinde lineauimus post illud in medio duarum superficierū latitudinaliū cuiusq; duarum regularum lineas rectas in longitudine. ⁊ composuimus in ambabus extremitatibus vnius earum duas tabellas quadratas equales equidistantes: erectas super superficiē. quarum medium sit erectum super lineā que est in medio superficiei. et fecimus in medio cuiusq; earum foramen. ⁊ posuimus mediū cuiusq; duorum foraminum super verificationem linee que est in medio regule. ⁊ posuimus foramē super quod ponitur oculus aspicientis minus: ⁊ foramen qḋ sequitur lunam maius: sm quātitatem qua cum aspiciens aspicit: cum vno oculorum suorum per foramen minus: possit videre totā lunā per foramen maius quod ei opponitur. Et fecimus in vnaquaq; duaꝝ regularum apud vnam duaꝝ extremitatū que est apud tabellā in qua est foramen maius: in veritate medij lineaꝝ foramen equale. et composuimus in eis axē ordinantē duas regulas: ⁊ cōstringentē vnā earum cum alia: sicut constringuntur linee cū centro. ⁊ fiximus regulam in qua non sunt due tabelle: super basim fixione vehementi ⁊ sapiente. et posuimus regulam aliam in qua sunt due tabelle lenis reuolutionis ad omnem partem: absq; inclinatione ⁊ separatione a reuolutione sua. ⁊ signauimus super veritatem medij duarum linearum: que sunt in vnaquaq; duarum regularum apud duas extremitates que sequunt̄ basim duas notas. q̃rum longitudo a cētro in quo est axis sit equalis: sm ꝙ magis possibile est esse equale. ⁊ diuisimus lineā diffinitam: que est in regula secunda in sexaginta partes. ⁊ diuisimus vnāquāq; haꝝ partiū in ptes: sm ꝙ possibile fuit. ⁊ cōposuimus in duabus extremitatibus huius regule secūde retro ipsam duas tabellas sicut paxillos. in quibus sint latera earum que sequūtur vnāquāq; partem super lineam illam adinuicem opposita. ⁊ sit earum longitudo a linea media vndiq; eq̄lis. vt qn̄ suspenditur perpendiculum ⁊ sit chorda eius contingens duas tabellas: sciat̄ ꝙ regula secunda est fixa recte super supficiem horizontis absq; declinatione. Et nos quidem iam premisimus ⁊ preparauimus lineam meridiei in supficie equidistante superficiei horizontis: ⁊ ppa rauimus super ipsam hoc instrumentum in loco lucido non tenebroso erectū. ⁊ posuimus angulos duarum regularū: in quibus vna eaꝝ alteri applicatur: cum axe conuersos ad meridiem: donec fiant due superficies supposite equidistātes linee meridiei posite. Et posuimus regulam cui basis est erectā non declinatam neq; motam: sed sapienter fixam. ⁊ posuimus aliam lenis reuolutiōis super axem cum moderata equalitate in superficie orbis meridiei. Et addidimus regulam aliam subtilem rectam: et composuimus eam in clauo paruo in extremitate linee diuise: que est apud basim. vt sit ipsa etiam lenis reuolutionis super ipsum. ⁊ perueniat ad maiorem reuolutionem extremitatis linee que est in regula reuoluta: cuius lōgitudo ē eq̄lis lōgitudini linee q̃ est in regula secūda: vt possibile sit nobis: cū fuerit eius reuolutio in illa extremitate: declarare per ipsam lōgitudinē que est inter duas extremitates: esse equalem. ¶ Et posuimus ɔsiderationes lune sm hunc modū quē dicā: Cum fuerit trāsitus lune in veritate linee orbis meridiei: ⁊ in duobus punctis duoꝝ tropicoꝝ orbis signoꝝ (In habitudinibus nāq; istis similibus erūt orbes magni descripti sup duos polos orbis horizōtis ⁊ super centrum lune. ipsi orbes descripti sup duos polos orbis signorū vere: in quibus videtur transitus lune in latitudine: ⁊ eius longitudo vera a pūcto summitatis capitū: et propter hoc declarabimus acceptionē eius) reuoluamus regulā in qua sunt due tabelle ad lunam apud transitum eius super lineam meridiei: donec aspiciens videat centrum lune ab ambobus foraminibus in medio foraminis maioris. ⁊ sciemus per regulā subtilem longitudinem que est īter duas extremitates duaꝝ linearum que sunt in duabus regulis. Postea ponā ipsam super lineam diuisam in sexaginta partes in regula erecta secūda. ⁊ inueniemus numerum partium linee longitudinis quam prediximus: sm quantitatem qua erit medietas diametri orbis (quem lineat reuolutio in superficie orbis meridiei) sexaginta partes. Postea accipiemus arcum cui subtenditur linea huius longitudinis: ⁊ dicam ꝙ ipse est arcus lōgitudinis: que fuit tunc inter centrum lune quod videtur: ⁊ inter punctum summitatis capitum: in orbe magno descripto super duos polos horizontis: ⁊ super lunam. ⁊ hic orbis fuit tunc ipse meridiei orbis descriptus super polos orbis equationis diei ⁊ orbis signorum. ¶ Et vt sciremus sm verificationē maiorem transitum lune qui erit in latitudine: considerauimus sm speculationem in hora in qua fuit luna in puncto tropici estiualis ⁊ in vltima longitudine septentrionis orbis lune decliuis. Cum enim fuerit in his duobus punctis: erit eius transitus in latitudine sm sensum longe more: tardi motus. Et quia luna fuit tunc apud punctum summitatis capitum: in linea equidistante descripta super alexandriam: in qua nos fecimus consideratione: fuit locus eius qui videtur equalis loco eius verificato fere. Inuenimus ergo in pertransitionibus istis similibus longitudinē que est īter centrū lune a puncto summitatis capitū duas partes ⁊ octauā partis fere. donec declaratur ex hac inquisitione: ꝙ maior longitudo lune in latitudine ad duas partes orbis signorum ē quinq; partes. ⁊ ipse sunt partes addite sup partes que sunt inter punctū summitatis capi-

tum: ꝛ inter orbem equationis diei. que iam demonstrate sunt in alexandria esse. 30. partes ꝛ. 58. minuta: diminutis duabus partibus ꝛ octaua ptis: que sunt lõgitudo visionis. Iam võ ostensum fuit: ꝙ longitudo que est inter orbem equationis diei ꝛ inter punctum tropici estiui: est. 23. partes ꝛ. 51. minuta. Et vt perscrutaremur diuersitatem aspectus: considerauimus etiam lunam ſm modũ illi similem: quãdo fuit in puncto tropici hyemalis: ꝓpter illũ cuius iam premisimus narrationẽ. Et quia tũc luna fuit maioris elõgationis a puncto summitatis capitum: sicut transitus eius qui fuit in orbe meridiei: fuit diuersitas aspectus eius maior ꝛ manifestior. ¶ Ut aũt ponã ex diuersitatibus aspectuũ q̃s ↄsiderauimus in pertrãsitionibus istis similibus: diuersitatem aspectus vnius: etiã demonstrabo per eam modum accipiendi: ꝛ numerationem eius quod remanet ex diuersitatibus aspectuũ: ſm ꝙ sequitur.


¶ Capitulum tertiumdecimum De demonstrationibus longitudinum lune.

Onsiderauimus lunam in anno vigesimo annorum adriani: in die tertiodecimo mensis athus: qui est tertius ex mensibus egyptiorum: post quinq; horas ꝛ medietatem ꝛ tertiã hore equales: a media die ꝛ iuxta occasum solis. Et fuit visa elongatio que est inter centrum lune ꝛ inter punctum summitatis capitum: per instrumentum quinquaginta partes ꝛ medietas ꝛ tertia ꝛ medietas sexte partis. Et illud fuit quia longitudo chorde quã inuenimus per regulam subtilem fuit. 51. partes ꝛ medietas ꝛ medietas sexte partis: ſm quãtitatem qua diuiserunt medietatem diametri orbis reuolutionis in sexaginta partes. ꝛ ipsa est chorda arcus quinquaginta partiũ ꝛ medietatis ꝛ tertie ꝛ medietatis sexte partis: ſm quãtitatẽ qua erit circulus. 360. partes. Fuit autem tempus qđ fuit inter duo loca solis ꝛ lune in ꝑmo annoꝝ Nabucho. ꝛ inter horam huius cõsiderationis octingenti ꝛ octuagintaduo anni egyptij: ꝛ septuagintaduo dies ꝛ quinq; hore ꝛ medietas ꝛ tertia hore absolute equales. que ſm verificationẽ erũt quinq; hore ꝛ tertia hore. Et inuenimus solem in hac hora per cursum suum medium in septẽ partibus ꝛ. 31. minutis libre. ſm verificationem võ in quinq; partibus ꝛ. 28. minutis eius. Et locum lune per cursum suũ mediũ. 25. partes ꝛ. 44. minuta sagittarij. Et fuit cõprehensum quod fuit inter duo loca eoꝝ per cursum mediũ. 78. partes ꝛ. 13. minuta. Et inuenimus longitudinem que fuit inter longitudinem longiorem mediam in orbe reuoluente: ꝛ inter locũ lune per cursum suum medium. 262. partes ꝛ. 20. minuta. Partes autẽ latitudinis que est ab vltima longitudine septẽtrionis. 354. partes ꝛ. 40. minuta. ꝛ propter hoc addidit quãtitas diuersitatis super illud quod est ꝓprium ei in tabulis septẽ ptes ꝛ. 26. minuta. Quapropter fuit verificatio loci lune in illa hora in longitudine quidẽ tres partes ꝛ decem minuta capricorni. Et in latitudine in orbe quidem decliui ab vltima longitudine septẽtrionis due partes ꝛ sex minuta. Et in orbe quidem lineato sup duos polos orbis signorũ (qui fuit tunc existẽs orbis meridiei fere) quattuor partes ꝛ. 59. minuta ab orbe signorum ad septẽtrionẽ. Et longitudo loci trium partium et decẽ minutoꝝ capricorni ab equatiõe diei in illo orbe ad partem meridiei. 23. partes ꝛ. 49. minuta. Et fuit elongatio equationis diei a pũcto summitatis capitum in alexandria ad partem meridiei. 30 partes ꝛ. 58. minuta. Ergo fuit longitudo vera cẽtri lune a pũcto summitatis capitũ. 49. partes ꝛ. 48. minuta. Fuitq; visa eius longitudo. 50. partes ꝛ. 55. minuta. Ergo fuit diuersitas aspectus lune ſm quantitatem transitus eius hic positi pars vna ꝛ septẽ minuta: in orbe magno descripto super ipsaꝫ ꝛ sup duos polos horizontis. Et fuit eius elongatio vera a pũcto summitatis capitum. 49. partes ꝛ. 48. minuta. ¶ Et postq̃ quod ꝓdiximus fit notum: lineabo in supficie orbis magni descripti super duos polos horizontis ꝛ super lunam: videlicet super centrum eius orbẽ terre magnũ supra quem sint. a. b. ꝛ orbem quidem continentem lineam rectam: que transit super centrũ lune apud considerationem: supra quẽ sint. g. d. ꝛ orbẽ apud quẽ fit quãtitas terre sicut punctum: supra quẽ sint. e. r. h. t. sitq; centrum oĩum eorum cõe punctum. k. ꝛ linea que a centro progreditur: ꝛ transit super punctũ summitatis capitum sit. k. a. g. e. Et sit luna super pũctum d. ꝛ eius longitudo vera a puncto summitatis capitũ: qđ est punctum. g. est iste partes posite: scꝫ. 49. partes ꝛ. 48. minuta. protraham autem duas lineas. k. d. h. ꝛ. a. d. t. ꝛ etiam ꝓtrahã a puncto. a. qđ erit aspectus aspicientiũ perpendicularem super lineam. k. h. que sit perpendicularis. a. l. sitq; linea. a. r. equidistans linee. k. h. manifestum est igitur aspiciẽtibus a puncto. a. ꝙ diuersitas aspectus lune est arcus. h. t. qui est pars vna ꝛ septẽ minuta: ſm ꝙ comprehendimus per considerationem. Et quia arcus. r. t. est maior arcu. h. t. ſm id ꝙ nõ cõputatur diuersitas: qm̃ tota terra est apud orbẽ. e. r. h. t. sicut pũctum: erit arcus. r. t. circiter vnam partem ꝛ septem minuta. Quapropter qm̃ cum punctum. a. positum fuerit cẽtrũ orbis. r. h. t. non erit in illo diuersitas numerata: erit angulus. r. a. t. pars ꝛ septẽ minuta: ſm quãtitatem qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes. ꝛ ſm quãtitatem qua erunt duo anguli recti 360. partes erũt due partes ꝛ. 14. m̃. Quapropter erit angulus. a. d. k. ei equalis due partes






⁊.14.minuta.⁊ arcus qui est super lineã.a.l.erit due partes ⁊.14. minuta:sm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.a.d.l.orthogonium.360.partes.chorda igitur.a.l. erit due partes ⁊.21.minuta:sm quãtitatem qua erit diameter.a.d.120.ptes.sed linea.d.l. est breuior diametro.a.d.sm id q̄ nõ numeratur diuersitas.ergo sm quantitatem qua erit linea.a.l.due partes ⁊.21.minuta:erit linea.d.l.fere.120.partes.Et etiã quia arcus.g.d.est 49.partes ⁊.48.minuta:erit angulus.g.k.d.qui est apud centrum orbis.49.partes ⁊.48. minuta:sm quantitatẽ qua erunt quattuor anguli recti.360.ptes.sed sm quãtitatẽ q̃ erũt duo anguli recti.360.partes:erunt.99.partes ⁊.36.minuta.Et propter hoc erit arcus qui est super lineam.a.l.99.partes ⁊.36.minuta:sm quãtitatem qua erit circulus cõtinens triangulum.a.l.k.orthogonium.360.partes.Et arcus qui est supra lineam.l.k.residuum semi circuli erit.80.partes ⁊.24.minuta.Et chorde que subtendũtur arcubus:chorda quidẽ.a.l. erit.91.partes ⁊.39.minuta:sm quãtitatez qua erit diameter.a.k.120.partes.Et erit chorda.l.k.77.partes ⁊.27.minuta:sm quãtitatem ergo qua erit diameter.a.k.que est medietas diametri terre pars vna:erit chorda quidem.a.l.46.minuta.⁊ chorda.k.l.39.minuta. sed sm quãtitatem qua fuit linea.a.l.due partes ⁊.21.minuta:fuit declaratum q̄ linea.l.d. est.120.partes fere.ergo sm quãtitatem qua erit linea.a.l.46.minuta:erit linea.l.d.39.partes ⁊.6.minuta.sed sm quãtitates illas fuit linea.k.l.39.minuta.⁊ linea.k.a.que est medietas diametri terre fuit pars vna.ergo sm illam quantitatem erit tota linea. k.d. continens longitudinem lune:que fuit in hora cõsiderationis.39.partes ⁊.45.minuta. Et illud est qđ ostendere voluimus.



ET post huius declarationem lineabo orbẽ lune egredientis cẽtri:supra quẽ sint a.b.g.supra centrum.d.⁊ sit diameter eius.a.d.g.⁊ in diametro sit centrum orbis signorum:supra quod sit.e.et nota declinationis orbis reuoluẽtis sit punctum.r. ⁊ lineabo supra centrum.b.orbẽ reuoluẽtẽ:supra quẽ sint.h.t.k.l.⁊ protraham lineas.h.h.t.e.⁊.h.d.⁊.h.k.r.sitq̧ locus lune in hac consideratione posita punctũ.l. ꝓtraham autem duas lineas.e.l.⁊.l.h.⁊ ꝓducã lineam.h.e.⁊ faciam ipsam pertrãsire:⁊ protraham super ipsam duas perpendiculares a puncto quidẽ.d.perpendicularẽ.d.m.⁊ a puncto.r.perpẽdicularem.r.n.Et q2 in hora considerationis fuit numerus longitudinis. 78. partes ⁊.13. minuta:erit propter illud cuius iam precessit declaratio:angulus.a.e.h.156.partes ⁊.26. minuta:sm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti.360.partes.⁊ vnusquisq̧ duorũ angulorũ.r.e.n.⁊.d.e.m.qui sunt residuum complementi duoꝝ anguloꝝ rectoꝝ:erit.23.partes ⁊.34.minuta.⁊ sm quãtitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes:erunt.47. partes ⁊.8.minuta.Quapropter erit arcus qui est super vnãquãq̧ duaꝝ lineaꝝ.d.m.⁊.r.n.47. partes ⁊.8.minuta:sm quantitatem qua erit quisq̧ duoꝝ circuloꝝ ɔtinens duos triangulos.d.e.m.⁊.r.e.n.positos ortogonios.360.partes.qm̃ linea.d e.est equalis linee.e.r. Et arcus qui est super vnãquãq̧ duaꝝ lineaꝝ.e.m.⁊.e.n.erit sm illam quantitatem.132. partes ⁊.52.minuta.igit̃ vnaqueq̧ chordaꝝ suaꝝ.s.chorda.d.m.et chorda.r.n.erit.47.ptes ⁊.59. minuta:sm quãtitatẽ qua erit vnaqueq̧ duaꝝ diametroꝝ.d.e.⁊.e.r.120.partes.Et vnaq̃q̧ duaꝝ linearum.e.m.⁊.e.n.sm illam quãtitatem erit.110.partes.⁊ sm illam quãtitatem sm quã erit vnaqueq̧ duaꝝ lineaꝝ.d.e.⁊.e.r.decem partes ⁊.19.minuta.⁊ linea.d.h.medietas diametri orbis centri egredientis.49.partes ⁊.41.minuta:erit vnaqueq̧ duaꝝ lineaꝝ.d.m. ⁊.r.n.quattuor partes ⁊ octo minuta.⁊ vnaqueq̧ duaꝝ lineaꝝ.e.m.⁊.e.n.sm illam quãtitatem erit nouem partes ⁊.27.minuta.Et q2 cum minuitur ex quadrato linee.h.d. quadratũ linee.d.m.remanet quadratum linee.h.m.erit lõgitudo linee.h.m:sm illam quãtitatẽ.49. partes ⁊.31.minuta.⁊ propter hoc erit linea.h.e.40.partes ⁊.4.minuta.⁊ remanet vt sit linea.h.n.sm illam quantitatem.30.partes ⁊.37.minuta:sm quãtitatem qua fuit linea.r.n. quattuor partes ⁊ octo minuta.Et quia cum aggregauerimus quadrata eaꝝ:erit eq̃le q̃drato.r.h.erit longitudo chorde.h.r.30.partes ⁊.54.minuta:sm quãtitatem qua linea.r.n.est quattuor partes ⁊ octo minuta.ergo sm quantitatẽ qua erit diameter.h.r.120. partes: erit linea.r.n.sexdecem partes ⁊ duo minuta.⁊ arcus qui est super eam erit.15.partes ⁊.21.minuta:sm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.h.r.n.orthogoniũ.360.partes.angulus igitur.r.h.n.erit.15.partes ⁊.21.minuta:sm quãtitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes.⁊ sm quantitatem qua erũt q̃ttuor anguli recti.360.ptes:erit septẽ partes ⁊.40.minuta fere:que sunt arcus.t.k.orbis reuoluentis.Et etiam q2 longitudo lune fuit in hora considerationis a longitudine longiore media.262.partes ⁊.20.minuta.⁊ a pũcto k.qđ est longitudo propinquior media:⁊ manifestum est q̄ est residuũ lõgitudinis medietatis circuli maioris.82.partes ⁊.20.minuta. erit arcus.k.l.82.partes ⁊.20.minuta. ⁊ totus arcus.t.k.l.90.partes.ergo angulus.t.h.l.est rectus.Et quia linea.h.d.que est medietas diametri orbis centri egredientis:est.49.partes ⁊.41.minuta.⁊ linea.h.l.que est medietas diametri orbis reuoluentis:est quinq̧ partes ⁊.15.minuta.⁊ sm illam quãtitatem fuit iam ostẽsum q̄ linea.e.h.est.40.partes ⁊.4.minuta.⁊ aggregatum ex quadratis earum est eq̃le




quadrato.e.l.erit longitudo linee.e.l.s̃m illam quantitatẽ.46.partes ⁊.25.minuta.longitu
do ergo lune in hora considerationis fuit.40.partes ⁊.25.minuta: s̃m quantitatem qua
fuit linea.b.l.que est medietas diametri orbis reuoluentis, quinq̃ partes ⁊.15.minuta. et
linea.e.a.que est a centro terre ad longitudinẽ lõgiorẽ orbis centri egredientis, est.60.par-
tes.⁊ linea.e.g.que est a centro terre ad longitudinẽ propinquiorẽ orbis centri egredientis
est.39.partes ⁊.22.minuta. ¶ Jam v̾o ostensum fuit q̃ in hora ɔsiderationis lõgitudo lu-
ne.s.linea.e.l.fuit.39.partes ⁊.45.minuta:s̃m quantitatẽ qua erit medietas diametri terre
pars vna.ergo s̃m quantitatẽ qua erit linea.e.l.que est longitudo lune in hora considera-
tionis.39.partes.⁊.45.minuta:⁊ medietas diametri terre pars vna:erit linea.e.a.que est lõ
gitudo lune media, que erit in hora applicationum.59.partes.⁊ linea.e.g.que est lõgitudo
lune media, que erit in hora medietatis impletionis lune, erit.38.partes ⁊.43.minuta.et
medietas diametri orbis reuoluẽtis, s̃m illam quantitatẽ erit quinq̃ partes ⁊ decem minu
ta.Et hoc est quod demonstrare intẽdimus.

¶ Capitulum decimũquartum de scientia eorum que videntur ex coniunctione ⁊ opposi-
tione de quantitatibus diametrorum Solis ⁊ Lune ⁊ Umbre.

ET postq̃ declarauimus lõgitudines
lune s̃m hunc modum: Sequitur illud nunc vt demonstremus longi-
tudines solis. Et erit illud breuiter per lineas: cum nos addiderimus
super longitudines lune:que erunt in hora application, ũquãtitates an-
gulorum, qui proueniũt apud aspectũ, propter diametros solis ⁊ lune
⁊ vmbre. Nos v̾o abhorruimus operari in inquisitione huius per capi-
tula quorum quantitates reperiuntur per instrumenta aque:aut instrumẽta temporũ ele-
uationum equalitatis:quas estimauimus esse longitudinẽ diametrorum duorum lumina
rium:⁊ significant super ea:ideo q̃ non est possibile verificari illud per capitula istis simi-
lia ⁊ instrumenta. Sed nos operati sumus in eo per instrumenta duarum regularum:quas
declarauit Abrachis, s̃m lõgitudinẽ quattuor cubitorꝫ. Cum ergo nos considerauimus per
hoc instrumentũ: inuenimus diametrũ solis cõtinere vnum angulũ fere in omni loco:⁊ nõ
est propter longitudinẽ solis in eo diuersitas, cuius sit magna quantitas. Diameter v̾o lune
non cõtinet illum angulum, quem continet diameter solis:nisi cum fuerit longitudo eius
a terra maxima: que erit in impletione lune in longitudine longiore orbis reuolutionis
tm̃: s̃m q̃ simile est modis quibus operati sunt antiqui: ⁊ non cum fuerit luna in longi-
tudine media. cum eo namq̃ inuenimus angulos minores angulis qui reperiuntur per in-
strumentũ, s̃m quantitatẽ manifestam, ⁊ non paruã. ⁊ non per quantitates instrumẽti dua
rum regularũ inuenimus illud:sed per quasdã eclypses lunares:cũ quidẽ subtendunt quecq̃
duarum diametrorꝫ angulo equali.s.quorꝫ vnus equalis est alteri. tunc iam fuit possibile ac
cipere illud leuiter per duas regulas. non enim fit in illo aliquid ex numero partiuꝫ. Quan
te v̾o quantitatis sit angulus: manifestum fuit nobis iam q̃ dubitatio est in eo magna.
quoniam apud considerationes nostras per duas regulas, erit illud quod obumbrat lati-
tudo in longitudine regule ex eo quod est inter oculos nostros ⁊ tabellã multus numerus.
et propter hoc non est possibile vt sit s̃m veritatẽ. Et quia inuenimus lunã cũ fuit in longi-
tudine sua magna (sicut iam inuenimus eam in considerationibus eclypsium lunarium: que
fuerũt in illa longitudine sua magna) fit angulus qui est apud visum aspicientis eq̃lis etiã
angulo solis, qui est apud visum aspicientis etiã. cum ergo inuenerimꝰ quantitatẽ anguli q̃
subtenditur lune: tunc ex hoc iam inueniemus anguluꝫ qui subtẽditur soli. ¶ Modi autẽ
inueniendi quod diximus demonstrabimus scientiã in duabus eclypsibus etiã quas dicã.
Fuit vna earum in anno qui fuit quintus annorum kalesen: qui est annus.127.annoruꝫ
nabuchodono.27.die transacto mensis athus: qui est vnus ex mensibus egyptiorꝫ: in no-
cte: cuius mane fuit dies vigesimusoctauꝰ. ⁊ in fine vndecime hore noctis incepit luna ecly-
psari in babylonia. fuitq̃ plurimum eclypsis eius a parte meridiei quarta diametri eius. Et
quoniã eclypsis initiũ fuit post mediam noctẽ quinq̃ horis tẽporalibus: ⁊ fuit tempus me
dium post medietatẽ noctis sex horis fere: que fuerũt tunc in babylonia quinq̃ hore ⁊ me
dietas: ⁊ tertia hore equales: quoniã locus solis s̃m verificationẽ fuit in illa hora.27.par-
tes ⁊ tria minuta arietis: Manifestũ est igitur: q̃ eclypsis fuit tẽpus medium apud plurimũ
qđ cecidit ex diametro eius in vmbra: in babylonia quidem post medietatẽ noctis quinq̃
horis ⁊ mediate ⁊ tertia hore equalis: ⁊ in alexandria post medietatẽ noctis quinq̃ horis
tm̃. Et fuit tẽpus aggregatum a primo annorꝫ nabuchodono. vsq̃ ad horaꝫ medie eclypsis
126.anni ⁊.86.dies ⁊.17.hore equales absolute. ⁊ erunt cum equate fuerint per diuersita
tem dierum cum noctibus suis sexdecẽ hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore. Et propter hoc fuit
visus locus lune per cursum suum mediũ in longitudine.25.partes ⁊.32.minuta libre. Et
fuit locus eius verus.27.partes ⁊.5.minuta. Et fuit longitudo partis. in qua fuit luna a lon


gitudine longiore orbis reuolutionis.340.partes ⁊.7.minuta:fuitq; longitudo illius partis in orbe suo declivi a lõgitudie longiore septẽtrionis.80.partes ⁊.40.minuta. Manifestum est igitur:ꝙ cum fuerit longitudo centri ab vno duoꝝ nodorum nouẽ partes ⁊ tertia partis in orbe suo declivi cum fuerit in longitudine sua magna:⁊ fuerit centrũ vmbre in orbe magno descripto supra illam longitudinem ſm angulũ rectum orbis decliuis in loco in quo erunt magne tenebre:quarta diametri lune cadet in vmbrã. ¶Et fuit eclypsis secũda in anno septimo annoꝝ chamersis:qui est annus ducẽtesimus ⁊ vigesimusquintus annorũ nabuchodono.decẽ ⁊ septẽ diebus mensis chamertuz transactis.in nocte cuius mane fuit dies decimusoctauus:ante medietatẽ noctis vna hora.Et eclypsatũ fuit ex luna in babylonia a parte septẽtrionis medietas diametri eius.Et fuit illa eclypsis in alexãdria ante medietatem noctis vna hora ⁊ medietate ⁊ tertia hore equalis fere.Et fuit tẽpus aggregatũ ducẽti ⁊ vigintiquatuor anni egyptij:⁊ centũ ⁊ nonagintasex dies:⁊ decẽ hore:⁊ sexta hore absolute equales.que erũt ſm verificationẽ nouẽ hore ⁊ medietas ⁊ tertia hore.quoniã sol fuit in.18.partibus ⁊.12.minutis cancri. Et fuit locus lune per cursum suũ mediũ in longitudine.20.partes ⁊.20.minuta capricorni:⁊ ſm verificationẽ.18.ptes ⁊.14.minuta.Et fuit lõgitudo eius a longitudine longiore orbis reuolutionis.28.partes ⁊.5.minuta.fuitq; longitudo illius partis a longitudine longiore septẽtrionis in orbe suo declivi.262.partes ⁊.12.minuta. Jam ergo manifestũ est:ꝙ ex hoc etiã cuz fuerit longitudo centri lune ab vno duorum nodoꝝ in orbe suo declivi septẽ partes ⁊ quattuor quinte partis:⁊ fuerit luna in illa lõgitudine magna:⁊ fuerit centrũ vmbre eius in loco quẽ prediximus:medietas diametri lune cadet in vmbrã. Sed cum fuerit longitudo centri lune ab vno duoruz nodoꝝ in orbe declivi nouẽ partes ⁊ tertia partis:erit longitudo eius a linea medij cinguli signoruz quadragintaocto minuta ⁊ medietas minuti partis vnius in orbe magno descripto sup ipsũ ſm angulum rectũ orbis decliuis.Et cum fuerit eius longitudo ab vno duoꝝ nodoruz in orbe declivi septez partes ⁊ quattuor quinte partis:erit elongatio eius a linea medij cinguli signoruz.40.minuta ⁊ due tertie minuti partis vnius in orbe magno descripto supra ipsum ſm angulum rectũ orbis decliuis.Et quoniã superfluitas que est inter duas eclypses:nõ est nisi quarta diametri lune:⁊ superfluitas que est inter longitudines earum a linea medij cinguli signorum(que est centrũ vmbre)est septem minuta ⁊ medietas ⁊ tertia minuti:tunc manifestum est ꝙ tota diameter lune subtenditur arcui orbis magni:qui erit.31.minuta et tertia vnius minuti. Et ꝑpter hoc declarat̃ nobis ꝙ medietas diametri vmbre subtenditur.40.minutis ⁊ duabus tertijs minuti partis vnius:cum fuerit in longitudine lune magna. Cum enim fuerit longitudo centri lune a centro vmbre iste partes:erit centrũ lune contingens circulum vmbre:ꝑpter hoc ꝙ illud quod eclypsat̃ de luna est medietas diametri eius.erit ergo medietas diametri vmbre dupla medietati diametri lune:que ẽ quindecẽ minuta ⁊ due tertie minuti ⁊ tres q̃nte filis eius:excepta re parua:cuius nõ est magna quantitas. Cũ ergo inuenerimus has quantitates positas in ꝯsiderationibus alijs pluribus ⁊ istis similibus cõuenientes fere:operabimur per eas in eis que videntur ex eclypsibus.⁊ operati sumus per eas in hoc loco in declaratione longitudinis solis:quã ipse secutus est Abrachis. ⁊ fuerunt circuli solis ⁊ lune ⁊ terre quos cõprehendit figura pinealis minores circulis suis magnis descriptis in spheris eoꝝ:⁊ diametri eoꝝ minores diametris eorum.

¶Capitulum decimumquintũ de scientia vmbre terre:⁊ longitudinis solis:⁊ eorum que declarantur cum eis propter longitudinem lune.



Postq̃z quod diximus fit notum:⁊ lõgitudo lune magna cum fuerit in applicationibus erit.64.partes ⁊.10.minuta:ſm quantitatẽ qua erit medietas diametri terre pars vna. quĩ iam ostensum est ꝙ longitudo media est.59.partes.⁊ medietas diametri orbis reuolutionis est.5.partes ⁊.10.minuta:Tunc considerabimus quanta erit longitudo solis. ¶Describã circulos orbiũ magnoꝝ in superficie spherarũ ipsorum:circulũ quidem orbis solis:supra quem sint.a.b.g. supra centruz.d.⁊ circulum quidem orbis lune in longitudine sua magna:supra quẽ sint.e.h.supra centrũ.t.et circulũ orbis terre:supra quẽ sint.k.l.m.supra centrũ.n. Sintq; superficies eoꝝ que sunt supra centra eorũ: superficies quidem continens terram ⁊ solem:supra quã sint.a.s.g. ⁊ cõtinẽs solem ⁊ lunã:supra quã sint.a.n.g.Sitq; axis cõis:supra quã sint.d.t.n.s.Et sint linee que trãseunt per loca ꝯtactus:linee ꝯtingẽtes:de quib⁹ manifestũ est ꝙ ipse erũt in sensu eq̃les ⁊ equidistãtes diametri.linea quidẽ contingens circulũ orbis solis:supra quã sint.a.d.g ⁊ linea contingens circulũ orbis lune:supra quã sint.e.t.h.⁊ linea contingens circulũ orbis terre:supra quam sint.k.n.m.⁊ linea contingẽs circulũ vmbre:in quã cadit luna in longitudine sua magna:supra quam sint.q.f.c.Et sit linea.t.n.equalis linee.n.f.⁊ vnaqueq; earũ sit 64.partes ⁊.10.minuta:ſm quantitatẽ qua erit linea.n.l.que est medietas diametri terre

pars vna. Oportet igitur vt inueniamus proportionē linee.n.d.que est longitudinis solis ad lineam.n.l.que est medietas diametri terre. Faciā igitur pertransire lineam.e.h.vsqz ad r. Et quia iam declarauimus: ꝙ diameter lune in eis que narrauimus de longitudine eius magna in applicationibus/subtendit arcui orbis descripti super ipsaz/ sup centrū terre: qui erit.31.minuta ⁊.20.secūda: sm quantitatez qua erit circulus.360.partes: ergo erit angulus.e.n.h.31.minuta ⁊.20.secūda: sm quantitatē qua erunt ꝙtuor anguli recti.360.partes Et eius medietas: que est angulus.t.n.h.erit.31.minuta ⁊.20.secūda: sm quātitatē qua erunt duo anguli recti.360.partes. Quapropter erit arcus qui est super lineā.t.h.31.minuta et.20.secūda: sm quantitatē qua erit circulus continens triangulum.n.h.t.orthogoniuz 360.partes. Et arcus qui est super lineā.t.n.residuum cōplemēti semicirculi erit.179.partes ⁊.28.minuta ⁊.40.secūda. Et chorde eorum erunt: chorda quidē.t.h.32.minuta ⁊.48.secunda: sm quantitatē qua erit diameter.n.h.120.partes. ⁊ ꝓpter hoc erit chorda.n.t.fere 120.partes. Cum autez fuerit linea.n.t.64.partes ⁊.10.minuta: erit linea.t.h.sm illā ꝙntitatem.17.minuta ⁊.33.secūda. ⁊ sm illam quantitatē erit linea.n.m.que est medietas diametri terre pars vna. Sed quia ꝓportio linee.f.c.ad lineā.t.h.est equalis ꝓportioni duoꝝ ⁊ trium quintarū fere ad vnum: erit linea.f.c.sm illam quantitatē.45.minuta ⁊.38.secūda. ergo erunt due linee.t.h.⁊.f.c.pars vna ⁊ tria minuta ⁊ vndecē secunda: sm quantitatē qua erit linea.m.n.pars vna. Sed ambe linee.f.c.⁊.t.r.scz totū/ sm illaz quantitatē sunt due partes: quoniā ipse sunt equales duplo.m.n. Et quia oēs linee (quemadmodum diximus) sunt equidistantes: ⁊ linea.f.n.equatur linee.n.t.remanet ergo vt sit linea.h.r.residua.56.minuta ⁊.49.secunda: sm quantitatē qua erit linea.n.m.pars vna. ⁊ erit ꝓportio.n.m.ad.h.r.sicut ꝓportio.n.g.ad.g.h.que est sicut proportio.n.d.ad.t.d. sm quantitatē ergo qua erit linea.n.d.pars vna: erit linea.t.d.56.minuta ⁊.49.secūda. ⁊ linea.t.n.residua sm illam quantitatem erit tria minuta ⁊ vndecē secunda. ergo sm quantitatē qua erit linea.n.t.64.partes ⁊.10.minuta: ⁊ linea.n.m.pars vna: erit linea.n.d.que est longitudo solis.1210.partes fere. Et silr quia sm quantitatē qua erit linea.m.n.pars vna: fuit declaratū ꝙ linea.f.c.ē.45.minuta.⁊.38.secūda. ⁊ ꝙ sicut ꝓportio linee.n.m.ad lineā.f.c.similiter proportio linee.n.s.ad lineam.s.f.ergo sm quantitatē qua erit linea.n.s.pars vna: erit linea.f.s.45.minuta et 38.secunda. ⁊ linea.f.n.residua erit sm illam quantitatē.14.minuta ⁊.22.secūda. sm ꝙntitatem ergo qua erit linea.f.n.64.partes ⁊.10.minuta: ⁊ linea.n.m.medietas diametri terre pars vna: erit linea.s.f.203.partes ⁊.50.minuta fere. ⁊ tota linea.s.n.est.268.partes. Jam ergo aggregatum est nobis: vt cum fuerit medietas diametri terre pars vna: erit sm illam quantitatē longitudo lune quidez media in applicationibus.59.partes. ⁊ longitudo solis 1210.partes. ⁊ longitudo extremitatis vmbre a centro terre.268.partes. Et illud ē quod voluimus demonstrare.




¶ Capitulū sextumdecimū de sciētia magnitudinis corpoꝝ solis ⁊ lune ⁊ terre.

Et ex hoc leuior facta est nobis scientia magnitudinis corporuz/ per id quod sciuimus de ꝓportionibus diametri solis ⁊ lune ⁊ terre. Jam enim declaratum est nobis: ꝙ sm quantitatem qua erit linea.n.m.que est medietas diametri terre/ pars vna: erit linea.t.h.que est medietas diametri lune.17.minuta ⁊.33.secūda: ⁊ linea.n.t.64.partes ⁊.10.minuta. ⁊ erit ꝓportio.n.t.ad.t.h.sicut ꝓportio n.d.ad.d.g.ergo sm illam quantitatē qua iam ostensum est ꝙ linea n.d est.1210.partes erit.d.g.que est medietas diametri solis quintupluz medietatis diametri terre ⁊ medietas eius fere. erunt ergo ꝓportiones diametroꝝ existentes ille ꝓportōes inuēte. Scōm quantitatem igitur qua erit diameter lune pars vna: erit diameter terre tres partes ⁊ due quinte fere. Et diameter solis decē ⁊ octo partes ⁊ ꝙtuor quinte partis. Diameter ergo terre erit in longitudine triplū diametri lune ⁊ due quinte eius. Et erit diameter solis decuplū ⁊ octuplū diametri lune ⁊ quattuor quinte eius fere. Eritqz diameter solis quintuplū diametri terre ⁊ medietas eius fere. Et silr quia cubus qui erit ex multiplicatione vnius in se: deinde in se: non erit nisi vnus/ sm quantitatem vnius. ⁊ cubus qui erit ex multiplicatione tripli ⁊ duarum quintarū eius in se/ ⁊ postea in se: erit sm illam quantitatē trigintuplum nonuplum et quarta eius fere. ⁊ cubus qui erit ex multiplicatione decupli ⁊ octupli ⁊ quattuor quintarū eius in se: deinde in se: erit sexies mille ⁊ sexcentuplū ⁊ quadragintuplū ⁊ quadrupluz ⁊ medietas eius fere: Tunc iam aggregatum est nobis: vt sm quantitatē qua erit magnitudo corporis lune pars vna: erit magnitudo corporis terre trigintuplū ⁊ nonupluz ⁊ quarta eius fere. ⁊ ꝙ magnitudo corporis solis erit sexies mille ⁊ sexcentuplū ⁊ quadragintupluz ⁊ ꝙdruplum: ⁊ medietas eius. ⁊ est centuplum ⁊ septuagintuplum corporis terre fere.


Capitulũ decimũseptimum de sciẽtia diuisionis diuersitatis aspectus q̃ est solis ⁊ lune.


Iam autem oportet postq̃ȝ fuit quod
prediximus. fm q narrauimus: vt demonstremus etiam breuiter. quõ
accipiantur diuersitates aspectuũ particulariũ: ex quantitatibus longitu
dinũ solis ⁊ lune. Demõstrabimus autem primũ diuersitates. que viden
tur in orbe magno. descripto sup eos. ⁊ super punctuȝ sũmitatis capitũ.
Lineabo igitur insuperficie huius orbis magni. quẽ prediximus etiam
orbem terre magnũ descriptũ: supra quem sint.a.b.⁊ orbem quidẽ solis aut lune: supra quẽ
sint.g.d.⁊ orbem apud quẽ erit terra sicut punctũ: supra quem sint.e.r.h.t.⁊ sit centrũ oĩum
eorum cõe punctum.k.⁊ diameter lineata supra punctum sũmitatis capitum sit.k.a.g.e.Cũ
ergo separauerimus arcũ a puncto.g.qd̃ est sũmitas capitum: ad.d.⁊ erit arcus.g.d. verbi
gratia.30.partes: fm quantitatẽ qua erit orbis.g.d.360.partes.⁊ ꝓtraxerimus etiã duas
lineas.k.d.h.⁊.a.d.t.⁊ produxerimus a pũcto.a.lineam equidistantẽ.k.h.que sit linea.a.r.
⁊ protraxerimus super eam ꝑpendicularem.l.a.tunc quia lõgitudo nõ figitur fm vnam ha
bitudineȝ in omni hora: que est ꝓpter vnũquodq; duorum luminarium. igitur ꝓpter hoc
erit diuersitas diuersitatũ aspectuum: que est propter solẽ: paruissima omnino: ⁊ non sensi
bilis: quoniã longitudo cẽtri orbis centri egrediẽtis solis ⁊ terre est parua: ⁊ lõgitudo ẽ ma
gna. Diuersitas autem diuersitatũ aspectuũ lune erit sensibilis ⁊ manifesta. ꝓpter motuȝ lu
ne in orbe reuolutionis: ⁊ motũ orbis reuolutionis in orbe cẽtri egrediẽtis: propter hoc qd̃
demonstratur: q id quod facit motum in vnaquaq; duarum longitudinũ diuersitatuȝ: non
est paruum. Diuersitates autem aspectuũ solis declarabimus per proportionẽ lõgitudinis
vnius tñ. ꝑ qd̃ volo intelligi proportioneȝ.1210.partium ad vnam. Diuersitates võ aspe
ctuuȝ lune demõstrabimus in lõgitudinibus quattuor: vt sint in capitulis que futura sunt
leuioris acceptionis. Assumam autem ex istis quattuor lõgitudinibus primũ duas longitu
dines orbis reuolutõis: cuȝ fuerit in longiore lõgitudine orbis centri egrediẽtis. Et ex istis
duabus longitudinibus assumã primum longitudinẽ. que peruenit ad longitudinẽ longio
rem orbis reuolutionis: que facta fuit per illud cuius premisimus declarationeȝ.64.partes
⁊ decem minuta: fm quantitatẽ qua erit medietas diametri terre pars vna. Et longitudo se
cunda est que ꝑuenit ad longitudinem propinquiorẽ orbis reuolutionis: que fuit.53.par
tes ⁊.50.minuta. Due võ reliquẽ longitudĩes sunt: cuȝ sit orbis reuolutionis in lõgitudine
propinquiore orbis centri egrediẽtis. Et ex his duabus assumã etiam primũ longitudinem
que peruenit ad longitudinem longiorẽ orbis reuolutionis: que sit ꝓpter id cuius iam pre
misimus declarationẽ.43.partes ⁊.53.minuta: fm quantitatẽ qua erit medietas diametri
terre pars vna. Secũda võ lõgitudo est que peruenit ad longitudinẽ propinquiorem orbis
reuolutionis.⁊ sit.33.partes ⁊.33.minuta fm illam quantitatẽ. Et quia arcus.g.d.positus
est.30.partes: erit angulus.g.k.d.30.partes: fm quantitatẽ qua erunt quattuor anguli re
cti.360.partes.⁊ fm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes: erit.60.partes.
Quapropter erit arcus qui est super lineã.a.l.60.partes: fm quantitatẽ qua erit circulus cõ
tinens trianguluȝ.a.k.l.orthogoniũ.360.partes. Et arcus qui est super lineam.k.l.residuũ
cõplementi semicirculi est.120.partes. Chorde ergo eoꝝ: scȝ chorda.a.l.est.60.partes: fm
quantitatẽ qua erit diameter.a.k.120.partes: ⁊ erit chorda.k.l.103.partes ⁊.55.minuta
fm illam quantitatẽ.ergo fm quantitatẽ qua erit linea.a.k.pars vna: erit.a.l.30.minuta: et
linea.k.l.52.minuta. Et silr erit quantitas linee.k.l.d.in longitudine quidem solis.1210.
partes.⁊ in lõgitudinibus quidẽ lune fm terminũ quidem primũ.64.partes ⁊.10.minuta:
⁊ fm terminũ quidẽ scdm.53.partes ⁊.50.minuta.⁊ fm terminũ quidẽ tertiũ.43.partes
⁊.53.minuta.⁊ fm terminũ quidẽ quartũ.33.ꝑtes.⁊.33.minuta. Ergo remanet linea.l.d.
reliqua: que est loco linee.a.d.nõ tamen diuersificat in hoc. quin ipsa sit diuersa non equa
lis: que in lõgitudine quidem solis erit.1209.partes ⁊ octo minuta. Et in longitudinibus
quidem lune erit fm terminũ quidem primũ.63.partes ⁊.18.minuta.⁊ fm terminũ secun
dum.52.partes ⁊.58.minuta.⁊ fm terminum tertium.43.partes ⁊ minutum vnum.⁊ fm
terminum quartũ.32.partes ⁊.41.minuta. Secundũ quantitateȝ ergo qua erit chorda.a.d
120.partes: erit linea.a.l.duo minuta ⁊.59.secũda. Et vt non iteremus sermonẽ in oĩ hora
cõmendabimus memorie longitudines fm ordines suos. Postea erit.56.minuta ⁊.52.se
cunda.deinde erit pars vna ⁊ septem minuta ⁊.58.secunda.postea pars vna ⁊.23.minuta
⁊.41.secũda.postea pars vna ⁊.50.minuta. Et arcus qui est sup eam primo erit duo minu
ta ⁊.52.secũda.postea erit.54.minuta ⁊.18.secũda.postea erit pars vna ⁊.4.minuta ⁊.54
secũda.⁊ postea pars vna ⁊.20.minuta.postea vltimo erit pars vna ⁊.45.minuta fere: fm
quantitatem qua erit circulus continẽs triangulũ.d.l.a.orthogoniũ.360.partes.⁊ angulus
a.d.h. qui est equalis angulo.r.a.t.erit fm quantitateȝ qua erunt duo anguli recti.360.par
tes in principio duo minuta ⁊.52.secũda.postea erit.54.minuta ⁊.18.secunda.postea erit




pars vna ⁊ quattuor minuta ⁊.54.secunda.postea pars vna ⁊.20.minuta. postea tandem pars vna ⁊.45.minuta.Et sm quantitatē qua erunt quattuor anguli recti.360.partes:erit minutum vnum ⁊.25.secunda.postea.27.minuta ⁊.9.secunda. postea.32.minuta ⁊.27. secunda.postea.40.minuta tm̄.postea.52.minuta ⁊.30.secūda.Ergo quia punctum.a.non est diuersum a centro.s.puncto.k.⁊ arcus.r.h.t.est maior arcu.h.t.sm quantitatem insensibilē.qm̄ tota terra apud orbē.e.r.h.t.fuit sicut punctū.erit arcus.h.t.qui est diuersitas aspectus:sm quantitatē qua erit circulus.e.r.h.t.360.partes:in longitudine quidem solis minutum vnū ⁊.25.secūda: sed in lōgitudinibꝰ lune sm terminū primū.27.minuta ⁊.9.secūda.⁊ sm terminū secundū.32.minuta ⁊.27.secunda.⁊ sm terminum tertium.40. minuta: ⁊ sm terminum quartū.52.minuta ⁊.30.secunda.Et hoc est quod oportuit nos declarare.

Et sm similitudinem illius in eis que remanent ex lōgitudinibus que sunt a puncto sūmitatis capitū:numerauimus diuisionē diuersitatis aspectus sm terminos quattuor:⁊ posuimus eam oībus sex partibus vsque ad complementū nonaginta partium:in tabulis quas lineauimus ad cognitionē diuersitatis aspectus :in quadragintaquinque areis etiaȝ:⁊ in nouem tabulis.Et posuimus in prima tabularū earū numerum partium quarte:que sunt.90.partes.⁊ manifestū est ꝙ earum supfluitas est sm duas ⁊ duas partes.Et in tabula secūda portionē minutorum cuiusque portionū que sunt ex diuersitate aspectus solis. Et in tabula tertia diuersitatē aspectus lune sm terminū primum. Et ī tabula quarta superfluitatē que est inter terminum primū ⁊ terminū secundum diuersitatis aspectus lune. Et in tabula quinta diuersitates aspectuum lune/que sunt sm terminū tertiū Et in tabula sexta superfluitatē diuersitatis aspectus lune/ que est inter terminū quartū ⁊ terminum tertium. sicut(verbi gratia:)illud quod posuimus in tabula prima solis/ vnū minutum ⁊.25.secunda.Et post illud.27.minuta ⁊.9.secūda:que sunt lune sm terminū primuȝ. Et quinque minuta ⁊.18.secūda:que sunt augmentū qđ addit terminus secūdus super terminū primū.Deinde post illud etiaȝ.40.minuta : que sunt tertij termini.Deinde post illud.12 minuta ⁊.30.secūda:que sunt augmentū/quod addit terminus quartus sup terminum tertiū.❡Et vt sciremus diuersitates aspectuuȝ lune in lōgitudinibus/ que sunt in eis/que sūt inter longitudines/q̄ sunt lōgitudo longior:⁊ inter lōgitudines/ que sunt longitudo propinquior:sm quantitatē diuisionis portionū sectionū partium:breuiter ex eis que posuimus in terminis quattuor de minutis positis:posuimus tabulas tres reliquas:vt ꝑducēmus ex eis has diuersitates positas:quarum considerationes posuimus sm modū quem dicaȝ: si deus voluerit. Lineabo orbeȝ reuolutionis lune:supra quem sint.a.b.g.supra centrum.e.⁊ sit punctum.r.centrum orbis signoꝝ ⁊ centrum terre.⁊ protrabam lineam.a.e.r.⁊ producā lineaȝ r.g.b.⁊ protrabam duas lineas.b.e.⁊.g.e.⁊ producam super lineā.a.d.duas ꝑpendiculares a puncto quidem.b.perpendicularem.b.h.⁊ a puncto.g.perpendicularem.g.t.Et sit primuȝ lōgitudo lune a puncto.a.qđ est longitudo longior que videtur vere ad centrū.r.arcus.a.b ⁊ sit iste arcus(verbi gratia).60.partes.vt sit angulus.b.e.h.60.partes:sm quantitateȝ qua erunt quattuor anguli recti.360.partes.⁊ sm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360 partes/erit.120.partes.Et similiter erunt duo arcus:ille quidem qui est super lineam.b.h. 120.partes:sm quantitatem qua erit circulus continēs trianguluȝ.b.e.h.orthogonū.360 partes.⁊ arcus qui est super lineā.e.h.qui est ad complendā medietatē circuli.60.partes. Erunt ergo chorde eorum : chorda quidem.b.h.103.partes ⁊.55.minuta: sm quantitatē/qua erit diameter.e.b.120.partes.⁊ chorda.e.h.sm illam quantitatem erit.60.partes. Cum autem fuerit punctum.e.scȝ centruȝ orbis reuolutionis in longitudine lōgiore orbis centri egredientis: erit proportio.r.e.ad.e.b.sicut ꝑportio.60.ad quinque partes ⁊.15.minuta.sm quantitatem ergo qua erit linea.e.b.quinque partes ⁊.15.minuta:erit linea.b.h. quattuor partes ⁊.33.minuta:⁊ linea.e.h.due partes ⁊.38.minuta.⁊ tota linea.h.r.erit.62.partes ⁊.38.minuta.Et quia ex quadrato linee.r.h.cum quadrato linee.b h.qn̄ ei coniungeƭ: erit quadratum linee.r.b.erit longitudo linee.r.b.62.partes ⁊.38.minuta: sm quantitateȝ qua erit.r.a.que est longitudo que est in termino primo.65.partes ⁊.15.minuta.Et erit linea.r.d.que est lōgitudinis que est sm terminū secundum.54.partes ⁊.45.minuta.⁊ linea a.d.que est supfluitas/que est inter duas lōgitudines horuȝ duorum terminoꝝ/erit decem partes ⁊.30.minuta.ergo sm diuersitatē que est in eis que sunt inter longitudinē/que est in termino secūdo/⁊ inter lōgitudineȝ que est in termino primo /erit due partes ⁊.27.minuta sm quantitatē qua erit tota diuersitas decem partes ⁊.30.minuta.Quapropter sm quātitatem qua erit tota diuersitas.60.minuta:erit diuersitas.14.minuta . Illud ergo est quod iam fiximus in tabula septima:in area in qua est ex numero medietas.60.per quod intelligitur.30.quoniā oēs partes fixe in tabula prima:que sunt.90.partes:sunt medietas.180. q̄ sunt in eis q̄ sunt inter terminū primū ⁊ quartū. ❡Et silr̄ si nos posuerimus arcum.g.d. sm illam quātitatē.60.partes:declarabiƭ ꝙ linea.g.t.erit q̄ttuor partes ⁊.33.minuta:sm q̄ntitatē q̄ erit linea.g.e.q̄ est medietas diametri orbis reuolutiōis quinque partes ⁊.15.m̄.⁊







similiter erit linea.e.t.due partes ⁊.38.minuta: ⁊ remanet vt sit linea.r.t.sm illam quãtitatẽ 57.partes.⁊.22.minuta. Quapropter erit chorda.r.g.57.partes ⁊.33.minuta.quas cũ minuerimus etiã ex.65.partib⁹ ⁊.15.m̃.q̃ sunt termini p̃mi: inueniem⁹ residuũ septẽ partes ⁊ 42.minuta: que sunt ex minutis diuersitatis totius.44.minuta: ⁊ ipsa ponemus in illa tabula: ⁊ opponemus ea numero.60.ꝓpterea ꝙ arcus.a.b.g.est.120.partes. Et illud ẽ quod oportuit nos demonstrare.

Et etiam sigam hos arcus sm habitudinẽ suam: ⁊ imaginabor punctum.e.quod est centrũ: super longitudinẽ propinquiorẽ orbis centri egrediẽtis: que est locus in quo est terminus tertius ⁊ quartus. Et quia in hoc loco erit ꝓportio.e.r.ad.e.h sicut ꝓportio.60.ad octo.ergo sm quantitatẽ qua erit.h.e.octo partes: aggregat̃ vt sit vnaqueq̧ duarum linearũ.b.h.⁊.g.t.cũ fuerit vnusquisq̧ duorũ arcuũ.a.b.⁊.d.g.60.partes: sex partes ⁊.56.minuta: sm quãtitatẽ qua erit linea.r.e.60.partes.⁊ vnaqueq̧ duarum linearum.e.h.⁊.e.t.sm illam quantitatẽ quattuor partes.⁊ propter hoc cum fuerit.r.h.sm illam quantitatẽ.64.partes: ⁊.r.t.56.partes: ꝓpter illud aggregat̃ vt sit chorda.r.b.64 partes ⁊.23.minuta.⁊ erit chorda.r.g.sm illam quantitatem.56.partes ⁊.26.minuta: sm quantitatem qua erit linea.r.a.que est termini tertij.68.partes: ⁊ linea.a.d.que est diuersitatis termini quarti sexdecẽ partes. Si ergo nos minuerimus.64.partes ⁊.23.minuta ex.68 partibus: erit residuum tres partes ⁊.37.minuta: que erunt ex minutis totius: sc; sexdecem 13.minuta.33.secũda.⁊ silr̃ ponam hec etiam opposita numero.30.partiũ in tabula octaua. Et si nos minuerimus.56.partes ⁊.26.minuta ex illis.68.partibus: erit residuũ vndecem partes ⁊.34.minuta.quarum portio ex sexdecim (que est diuersitas tota) erit.43.minuta ⁊.24.secunda.que similiter sigemus in tabula octaua opposita numero.60.partiũ. Que autem aggregantur ex diuersitatibus: que erunt ꝓpter motũ lune in orbe reuolutionis: sunt sm modum quem diximus ⁊ posuimus.

Diuersitatum v̾o que sunt ꝓpter reuolutionem orbis reuolutionis in orbe centri egredientis acceptio est sicut narrabo. ¶ Describã orbem centri egrediẽtis lune: supra quem sint.a.b.g.d.supra centrum.e.⁊ diametrũ.a.e.g.⁊ imaginabor super hanc diametrum centrum orbis signorũ supra notam.r.⁊ cum protraxerimus lineam.b.r.d.⁊ posuerimus etiam vnumqueq̧ duorũ angulorum.b.r.a.⁊.g.r.d.60.partes: sm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti.360.partes.⁊ illud est quod accidet si fuerit longitudo.60.partes: cum fuerit centrum orbis reuolutionis super punctum.b.⁊ cũ fuerit centrũ orbis reuolutionis supra punctũ.d.erit lõgitudo.120.partes. Et cum ꝓtraxerim⁹ duas lineas.b.e.⁊.e.d.⁊ ꝓduxerimus a pũcto.e.ꝓpendicularẽ super lineã.b.r.d.supra quã sint.e.h.tunc quia angulus.b.r.a.erit.120.partes: sm quantitatẽ qua erunt duo anguli recti.360.partes: erit arcus quidẽ qui est sup lineam.e.h.120.partes: sm quantitatẽ qua erit circulus ꝯtinens triangulũ.e.r.h.orthogoniũ.360.partes.⁊ arcus qui est sup lineã.r.h.60 partes diminutas ex cõplemento semicirculi. Erũt ergo chorde que subtẽduntur eis: chorda quidẽ e.h.103.partes ⁊.55.minuta: sm quantitatẽ qua erit diameter.r.e.120.partes: ⁊ chorda quidẽ.r.h.sm illã quantitatẽ.60.partes. Silr̃ ergo erit.r.e.quidẽ que est id quod ẽ inter duo cẽtra: decẽ partes ⁊.19.minuta.⁊ medietas quidẽ diametri orbis cẽtri egrediẽtis 49.partes ⁊.41.minuta.sm ergo illam quantitatẽ erit linea.e.h.octo partes ⁊.56.minuta ⁊ linea.r.h.sm illã quantitatẽ erit quinq̧ partes ⁊ decẽ minuta. Et quia cũ ex q̃drato linee b.e.minuit̃ quadratũ linee.e.h.erit residuũ quadratũ linee.b.h.erit vnaqueq̧ duarũ linearũ b.h.⁊.d.h.sm illã q̃ntitatẽ.48.partes ⁊.53.minuta: erit g̃ tota.r.b.54.partes ⁊ tria minuta sm quantitatem qua erit linea.r.a.que est terminus primus.60.partes.⁊ linea.r.g.que est terminus secũdus.39.partes ⁊.22.minuta.⁊ supfluitas que est inter eas.20.partes ⁊.38.minuta.⁊ remanet vt sit linea.r.d.sm illã quantitatẽ.43.partes ⁊.43.minuta. Et quia.60.partes addũt sup.54.partes ⁊ tria minuta/quinq̧ partes ⁊.57.minuta: que sunt ex.20.partibus ⁊.38.minutis: que sunt diuersitatis totius.17.minuta ⁊.18.secunda. Et super.43.partes q̃dẽ ⁊.43.minuta addunt.16.partes ⁊.17.minuta: que sunt etiam ex.20.partibus ⁊.38.minutis.47.minuta.⁊.21.secũda.ergo manifestũ est: ꝙ oportet vt ponamus.17.minuta ⁊.18.secunda in tabula nona/opposita numero.30.partiũ: que sunt longitudinis longioris.⁊.47.quidem minuta ⁊.21.secunda opponamus numero.60.qui est etiam.120.q̃m cũ fuerit longitudo propinquior apud numerũ.90.erit lõgitudo.60.⁊ lõgitudo.120.equales in potentia. Et hoc est quod voluimus ostendere.

Et sm hunc modum numerabimus in arcubus alijs/quod erit ex minutis diuersitatis/sm additiones tres positas super oẽs duodecem portiones: que erunt etiã sup omnes has sex portiones in numeris positis in tabulis: propter hoc ꝙ.180.partes (que sunt a longiore longitudine ad propinquiorẽ longitudinẽ) complent̃ in tabulis super.90.partes. Posuimus ergo q̃d aggregatum fuit ex minutis sm mẽsurationem cuiusq̧ numerorũ: cuiusq̧ portionis proprietatẽ: declarauimus sc; que sunt inter por-

tiones ex superfluitate portionū que sunt super omnes sex partes. Posuimus ea ſm superfluitatē equalem. quoniā diuersitas in eis fere non mutat mensurationē ſm aliquid magnū: nisi ꝙ fuerit maius hac quantitate: neqȝ in superfluitate: neqȝ in diuersitate aspectus. ¶ Et hec est descriptio tabularum.

¶ Capitulum decimumoctauū de positione tabularum diuersitatis aspectus.

Numeri	☉ Diuersitates aspect⁹ Solis.		☾ Tabule supfluitatū diuersitatū aspectuū lune: Primi modi ☾		Secūdi Modi sup p^m		Tertij Modi ☽			quarti modi. sup 3^m		Minuta lōgitu^is longioris. orbis reuolutōis.		ppinquioris		☽ Minuta orbis cētri egrediē.	
pma	secūda		tertia		quarta		quinta			sexta		septīa.		octaua		nona	
ptes	m̄	2	m̄	2	m̄	2	p^s	m̄.	2	m̄	2	m̄	2	m̄	2	m̄	2
2	0	7	1	54	0	23	0	3	0	0	50	0	14	0	11	0	15
4	0	13	3	48	0	45	0	6	0	1	40	0	28	0	22	0	30
6	0	19	5	41	1	7	0	9	0	2	30	0	42	0	33	0	45
8	0	25	7	34	1	29	0	11	40	3	20	1	22	1	7	1	13
10	0	31	9	27	1	51	0	14	20	4	10	2	2	1	41	2	21
12	0	37	11	19	2	12	0	17	0	5	0	2	42	2	15	3	9
14	0	42	13	10	2	33	0	19	40	5	50	3	35	3	18	3	22
16	0	48	15	0	2	54	0	22	20	6	40	4	28	4	11	5	35
18	0	53	16	49	3	15	0	25	0	7	30	5	21	5	19	6	48
20	0	58	18	36	3	36	0	27	40	8	20	6	39	6	25	8	22
22	1	4	20	22	3	54	0	30	20	9	10	7	57	7	41	10	4
24	1	9	23	6	4	18	0	33	0	10	0	9	15	8	57	11	39
26	1	15	24	49	4	39	0	35	40	10	50	10	50	10	29	12	32
28	1	20	25	30	4	59	0	37	20	11	40	12	25	12	1	15	25
30	1	25	27	9	5	18	0	40	0	12	30	14	0	13	33	17	18
32	1	30	28	46	5	37	0	42	40	13	20	15	52	15	22	19	23
34	1	35	30	21	5	55	0	44	20	14	10	17	44	17	11	21	28
36	1	40	31	54	6	13	0	47	0	15	0	19	36	19	0	23	33
38	1	44	33	24	6	30	0	49	40	15	50	21	40	20	19	25	40
40	1	49	34	51	6	46	0	51	20	16	40	23	44	22	58	27	47
42	1	54	36	14	7	3	0	53	0	17	30	25	48	24	57	29	54
44	1	58	37	37	7	20	0	55	40	17	20	27	52	27	1	32	0
46	2	3	38	55	7	25	0	57	20	18	10	29	56	29	5	34	6
48	2	8	40	14	7	49	0	59	0	19	0	31	0	31	9	36	12
50	2	12	41	38	8	3	1	0	40	19	50	33	0	33	14	38	9
52	2	16	42	39	8	16	1	2	20	20	40	35	0	35	18	40	6
54	2	20	43	45	8	29	1	4	0	21	30	38	0	37	24	42	3
56	2	23	44	48	8	42	1	5	40	21	20	40	50	39	24	43	49
58	2	26	45	48	9	53	1	6	20	21	10	42	40	41	24	45	35
60	2	29	46	46	9	3	1	8	0	22	0	44	0	43	24	47	21
62	2	32	47	40	9	13	1	9	40	22	50	45	56	45	13	48	49
64	2	34	48	30	9	22	1	10	20	22	40	47	22	47	2	50	17
66	2	36	49	15	9	31	1	12	0	23	30	49	48	48	11	51	45
68	2	38	49	57	9	39	1	13	40	23	20	50	56	50	24	52	57
70	2	40	50	36	9	46	1	14	20	23	10	52	22	51	57	54	9
72	2	42	51	11	9	53	1	15	0	23	0	53	48	53	30	55	21
74	2	44	51	44	9	58	1	15	40	23	40	54	57	54	41	56	32
76	2	46	52	12	10	4	1	16	20	24	20	56	6	55	52	57	23
78	2	47	52	34	10	8	1	17	0	24	30	57	15	57	3	57	54
80	2	48	53	13	10	11	1	17	40	24	40	57	57	57	47	58	26
82	2	49	53	19	10	14	1	17	20	24	50	58	39	58	31	58	58
84	2	50	53	21	10	16	1	18	0	24	0	59	21	59	35	59	30
86	2	50	53	29	10	16	1	18	40	24	40	59	34	59	30	59	40
88	2	51	53	33	10	17	1	18	20	24	50	59	40	59	45	59	50
90	2	51	53	34	10	17	1	19	0	24	0	60	0	60	0	60	0


❡ Capitulum decimumnonū De cognitione equandi diuersitates aspectuum et equatione earum.

Cum voluerim⁹ scire quāta sit q̄ntitas diuersitatis aspectus lune in oī reuolutiōe. Primū q̄ est in orbe magno descripto sup̄ lunā ⁊ sup̄ punctū sūmitatis capitū: ꝯsiderabimus quāta sit quantitas longitudinis que est inter lunā in hoc orbe ⁊ inter orbem meridiei: ex horis eq̄lib⁹ in climate q̄sito. ⁊ mittemus eas in tabulas angulorum: q̄ sunt illius climatis ⁊ illius signi in quo est luna. Postea accipiemus partes q̄ opponunt̄ horis in tabula secūda: ⁊ portionē que ꝯtingit partib⁹ horarū ex eo si fuerint cū eis partes. illud q̄ est lōgitudo lune a pūcto sūmitatis capitū in orbe magno descripto sup̄ eas. Postea mittemus illud in tabulā diuersitatū aspectuū: ⁊ ꝯsiderabimus in q̄ area tabule prime sit: ⁊ q̄ opponūtur illi numero ī q̄ttuor tabulis: q̄ sūt post tabulā diuersitatis aspectus solis: que sunt tabula tertia q̄rta quinta ⁊ sexta: ⁊ firmabim⁹ qđ erit in vnaq̄q̄ earū p̄ se. Demū post illud accipiemus numerū cursus diuersitatis equate in illa hora q̄ est lōgitudinis lōgioris eq̄te vere: ip̄sūmet augmentū quidē accipiemus si fuerit minus. 180. et diminutum quidem a complemento. 360. si fuerit plus. 180. Postea semp̄ accipiemus medietatem harum partium: ⁊ mittemus eas in lineam numerorum: ⁊ considerabimus quantum opponat̄ illi numero in tabula septima ⁊ in tabula octaua ex minutis: ⁊ firmabimus vnum quodq̄ eorū per se. Et accipiemus quod inueniemus ex minutis in tabula septima: q̄ sunt diuersitatis que est in tabula quarta: ⁊ addemus ea semper super diuersitatem aspectus: q̄ est in tabula tertia. Et accipiemus qđ inuenimus ex minutis in tabula octaua ex eis que sūt diuersitatis: que est in tabula sexta: ⁊ addemus ea super diuersitatem aspectus que est in tabula quinta. Et firmabimus. i. scribemus superfluitatē que est inter duas diuersitates duorum aspectuum. Deinde post illud accipiemus partes lōgitudinis lune per cursum suū medium: aut a parte solis: aut a parte opposita ei. ⁊ accipiemus longitudinē propinquiorē ad quamcūq̄ duarum partiū fuerit: ⁊ mittemus eam in tabulam numerorum primā: ⁊ considerabimus quod opponitur illi numero primo ex minutis in tabula nona sc̄ʒ vltima: ⁊ accipiemus illa minuta ex sup̄fluitate que est inter duas diuersitates duorum aspectuū: quam firmauimus. ⁊ addemus ea super minorē duarum diuersitatum duorum aspectuum equatorum tabule tertie ⁊ quarte. Qđ ergo aggregabitur: erit diuersitas aspectus lune in orbe magno descripto super eam ⁊ super sūmitatem capitū. Et ex hoc videtur diuersitas aspectus solis expedite in loco illi simili p̄pter eclypses solares: ex eo quod est in tabula secūda: ex partibus que opponūtur quātitati arcus qui est a pūcto sūmitatis capitum.


Et vt equemus diuersitatem aspectus, que erit in illa hora in longitudine ⁊ latitudine: accipiemus illas horas equales etiā que sunt longitudinis lune ab orbe meridiei: ⁊ mittemus eas in illum locum tabularum angulorum: ⁊ inquiremus partes que opponūtur numero horarū. Si ergo fuerit locus lune ante meridiem: accipiemus partes que sunt in tabula tertia. Et si fuerit locus eius post meridiem: accipiemus partes que sunt in tabula quarta. Tūc si fuerint partes minus. 90. firmabimus eas. et si fuerint plus. 90. firmabimus partes que minuuntur ex cōplemento. 180. Et illud est quantitas anguli parui ex angulis qui sunt super hāc portionē: s̄m quantitatē qua erit angulus rect⁹. 90 partes. Accipiemus ergo partes quas firmauimus ⁊ duplabimus eas: ⁊ mittemus quod p̄uenerit in tabulam chordarū arcuum. s. mittemus illas seu easdem partes ⁊ etiā que minuunt̄ ex complemento. 180. partium. erit ergo p̄portio chorde arcus: qui est duplum harum partium: ad chordam que subtēditur arcui diminuto ex complemento semicirculi: sicut proportio diuersitatis aspectus lune in latitudine ad diuersitatem eius in longitudine. q̄m inter arcus orbium magnorū quorum hec fuerit quantitas ⁊ inter lineas rectas seu istas chordas nō est diuersitas. q̄m quantitates arcuum istis similiū orbium sunt quorum sunt diuerse chorde. Multiplicabo igitur numerum harum chordarū in numerū chordarū arcuum diuersitatis aspectus inuentum: sicut (verbi gratia:) diuersitatis aspectus que erit in orbe descripto sup̄ punctum sūmitatis capitum. postea diuidam quod aggregat̄ per centū ⁊ viginti. ⁊ partes que prouenerint ex diuisione: sūt diuersitas illius aspectus. ❡ Uniuersaliter autē dico: q̄ illud qđ erit ex diuersitate aspect⁹ in latitudine: tūc cū fuerit punctū sūmitatis capitū in orbe meridiei declinatū ad septētrionē a pūcto qđ est in medio celi orbis signorū: erit diuersitas aspect⁹ ad meridiē. Et cū fuerit pūctū sūmitatis capitū declinatū a pūcto qđ ē in medio celi orbis signorum ad meridiē: tūc diuersitas aspect⁹ in latitudine erit eo t̄pe ad septētrionē. Sed qđ erit ex diuersitate aspect⁹ in lōgitudīe: quia quātitates angulorum posite in tabulis: nō ꝯtinent nisi angulū septētrionis: ex duobus angulis: quos continet portio orbis signorum ab occidente ad orientē: a duabus partibus: tūc quidem cum fuerit diuersitas aspectus in latitudi

ne in parte septētrionis:tūc si fuerit angulus positus maior recto:erit diuersitas aspectus in longitudie sm conuersionē successionis signoꝝ. ⁊ si fuerit angulus minor recto:erit sm successionē signoꝝ.Et cum fuerit diuersitas aspectus in latitudine ad partem meridici:erit sm conuersionē illius.s.si fuerit angulus positus in tabulis anguloꝝ maior recto:tūc diuersitas aspectus in longitudine erit sm successionē signoꝝ. ⁊ si fuerit minor recto:tūc erit sm contrarietatē successionis signoꝝ.Et operati sumus cum illa diuersitate aspectus solis sm q̄ iā precessit eius declaratio:etsi nō sit sensibilis.sed ne simus ignari:q̄ iam scimus: q̄ ei est diuersitas aspectus:faciens accidere in eis que videntur aliquid ꝓpter qd̄ īmittitur aliq̄d erroris:non tñ q̄ imittat aliquid sensibile.Et similiter sufficimus nobis in diuersitate aspect⁹ lune per arcus ⁊ angulos:qui proueniūt in orbe signoꝝ propter orbem magnū descriptum super duos polos horizontis.Et excusamur per illud ab eo quod accidit ꝓpter orbem lune decliuem.Qm̄ diuersitatem que prouenit ex eo in applicationibus eclypsiū:non inuenimus sensibilem.Et vehementer laborare ad ponendum hoc:est difficile:indigēs declaratiōe multa in numeratione.Qm̄ loca lune in omni pertransitione eius in orbe signoꝝ nō sunt terminata:neq; longitudo eius a duobus nodis:sed eius localis motus multe diuersitatis est in magnitudine ⁊ in locis:in quātitatibus ⁊ in sitibus eisdem.


ET vt leuior fiat sciētia eorum que prediximus:ponā portionem orbis signoꝝ:supra quam sint.a.b.g. ⁊ portionē orbis lune decliuis:supra quam sint.a.d. ⁊ super nodum punctum.a. ⁊ centrum lune punctum.d. Et producam lineam erectam a pūcto.d.ad orbem signoꝝ:supra quam sint.d.b.Et ponam punctū.e.poluȝ horizōtis: ⁊ lineabo super ipsum portiones orbis magni:super centrum quidē lune portionē.e.d.r ⁊ super punctū.b.portionem.e.b. ⁊ sit diuersitas aspectus l[illegible]e arcus.d b. ⁊ protrahā a puncto.h.ad duas lineas rectas.b.a. ⁊ .b.d.duas lineas rectas:scȝ lineam.h.t. ⁊ lineam.h.k.Et sit longitudo lune a nodo:in lōgitudine quidem lōgitudo eius vera.a.b. ⁊ lōgitudo eius q̄ videtur.k a.Et longitudo eius ab orbe signoꝝ:in latitudine quidem vera.b.d. ⁊ lōgitudo eius que videtur.h.k.Et ex diuersitatibus aspectus que videntur a.d. ⁊ .h.ad orbem signoruȝ: in longitudine quidem est equale linee.t.h. ⁊ in latitudine equale linee.d.t.Et quia diuersitas aspectus.d.h.scietur ex eis quorum premisim⁹ narrationē:cum scitus erit arcus.e.d. ⁊ vnaqueq; duarum diuersitatum aspectus.d.t. ⁊ .t.h.scietur.cū fuerit angulus.g.r.e.notus. ⁊ nos iam declarauimus in precedētibus arcus ⁊ angulos:qui erūt apud puncta orbis signorum nota in orbe magno descripto super punctum sūmitatis capitū: ⁊ nobis non est notū hic ex punctis orbis signoꝝ nisi punctum.b.tm̄:Tunc manifestum est:q̄ nos fecimus arcum.e.b. loco arcus.e d. ⁊ fecimus anguluȝ.g.b.e.loco anguli.g.r.e.¶ Abrachis v̊o iam incepit vt faceret equationē huic similem:sed nō sapienter: ⁊ sm magnam diminutionem eoruȝ quibus opus erat.Primū quidem non fecit nisi longitudinē vnam:que est lōgitudo.a.d. ⁊ non fecit omnes lōgitudines neq; plures eoruȝ. Et illud est q̄ fuit necessariū vt operaretur ipse diligenti inquisitione subtilium rerum. ⁊ postea illud oblitus est:donec cecidit in errorē valde horrendum ⁊ fedum.qm̄ ipse etiam iam premisit ⁊ declarauit arcus ⁊ angulos: qui vidētur ꝓpter orbem signorum. ⁊ q̄.d.b.scietur ex.e.d.cum fuerit.e.d.nota. Ipse enim declarauit hoc in libro suo primo in diuersitate aspectus: ⁊ fecit etiam inuentionē arcus.d.e.arcum e.r. ⁊ angulum.e.r.g.ac si essent noti.Et silr̄ in libro suo secundo:cum ipse numerauit arcum d.r.reperire voluit arcum.e.d.residuum: ⁊ nō peruenit ad scientiā eius:quoniā punctuȝ.b. est notum ex orbe signorum: ⁊ non punctū.r.Et similiter etiam noti ex arcubus quidē arcus e.b. ⁊ nō arcus.e.r. Et ex angulis quidem angulus.e.b.g. ⁊ nō angulus.e.r.g.Et illud ē quod mouit eum ad equationes particulares:quoniam in pluribus locis erit diuersitas : que est inter arcum.e.d. ⁊ arcū.e.r.magne quantitatis in sensu:propterea q̄ ipsi sunt magis elongati ab hoc vt sint noti q̄ȝ illi duo multum. Plurimū autem diuersitatis que est inter.b.e.que est nota sm veritatem: ⁊ inter diuersitatem que est.e.d.que erit sm quantitatem magnam est.h.d.tm̄: que est ex lōgitudine a nodo in omni hora.Et hoc oportuit demonstrari.





EQuatio autem vera declarabitur nobis quemadmodū narrabo. Describā orbeȝ signoꝝ:supra quem sint.a.b.g.Et faciam trāsire super ipsum lineam aliam secantem ipsum orthogonaliter:supra quam sint.d.b.e.Et sit luna aut super punctū.d. aut super punctū.e.Sitq; lōgitudo eius in latitudine ab.a.g.scȝ orbe signoꝝ arc⁹ notus:sicut.b.d.aut.b.e. ⁊ arcus qui sunt apud orbē signoꝝ scȝ apud punctū.b.a pūcto summitatis capitum: ⁊ anguli noti. ⁊ erūt arcus ⁊ anguli qui sunt apud punctū.d.aut punctū.e. quesiti noti . Et illud est quod nos oportuit demonstrare.



ET cum fuerit situs orbis signoꝝ super rectū angulum orbis descripti sup punctuȝ r. ⁊ ponemus punctū.r.polum horizontis. ⁊ orbem magnum descriptum sup duo puncta.r. ⁊ .b.sicut verbi gratia.r.d.b.e.tunc manifestum est:q̄ arcus.d.e.obuiabit orbi signoꝝ. ⁊ erit angulus qui videtur super punctū.d. ⁊ punctum.e.non diuersus ab angulo qui est apud.b.ergo anguli qui erūt ex istis lineis descriptis super hec pū







cta orbis signorum erunt recti: ⁊ erit arcus.r.d.minor arcu.r.b.ſm arcum.b.d.⁊ arcus.r.e. est maior arcu.r.b.ſm arcum.b.e.⁊ ipsi sunt noti. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.


Quod si concurrerint orbis signoꝝ: supra quem sint.a.b.g.⁊ orbis magnus descriptus sup punctum sũmitatis capitũ: ⁊ posuerimus polum horizontis punctũ.a. ⁊ ꝓtraxerimꝰ duos arcus.a.d.⁊.a.e.erũt hi duo arcus diuersi ab arcu.a.b.⁊ duo anguli.b.a.d.⁊.b.a.e.diuersi a.b.angulo:quod non erant ante. ⁊ erunt.a.d.⁊.a.e. noti:cum fuerit eoꝝ proportio sicut proportio chordarũ eorum: ꝓpter paruitatem diuersitatis que est inter illa. Cum ergo vnusquisqꝫ hoꝝ.a.b.⁊.d.b.⁊.b.e.fuerit datus: ⁊ ambo q̃drata.a.b.⁊.b.e.fuerint equalia quadrato.a.e.⁊ ambo quadrata.a.b.⁊.b.d.fuerint equalia quadrato.a.d.silr duo anguli.b.a.d.⁊.b.a.e.erunt noti. Et hoc est quod oportuit nos declarare.

Et cum fuerit situs orbis signoꝝ declinis a capite ⁊ recto angulo: ⁊ ꝓtraxerimus a pũcto.r.qd̕ est polus horizõtis lineas cõiũctas: que sint.r.b.⁊.r.g.d.⁊.r.e.t.erit arcus.r.b.notus: ⁊ angulus.a.b.r.notus. Manifestũ est igitur ꝙ etiam oportet vt sint.b.d.⁊.b.e.note: ⁊ duo arcus.r.d.⁊.r.e.⁊ duo anguli.a.g.r.⁊.a.t.r.noti:cum ꝓtraxerimus duas perpendiculares.d.k.⁊.e.l.super lineã.r.b. Et quia angulus.a.b.r.est datꝰ ⁊ angulus.a.b.e.est rectus semper:erunt duo trianguli.b.d.k.⁊.b.l.e.rectanguli angulorum datorum.⁊ erit ꝓportio.r.b.ad duas lineas continẽtes angulum rectũ nota:et ad duas chordas.d.b.⁊.b.e.nota etiam.⁊ ꝓpter hoc erũt due chorde.r.d.⁊.r.e.date. ⁊ propter hoc erunt duo anguli.d.r.k.⁊.e.r.l.qui sunt additiones quesite noti. Angulus autẽ.a.g.r.est maior angulo.a.b.r.ſm angulum.d.r.b.⁊ angulus.a.t.r.est minor angulo.a.b.r.ſm angulũ.e.r.l. Et illud est quod debuimus demonstrare.

Demõstrabo etiã: ꝙ cum fuerit longitudo in latitudine hec lõgitudo posita:erit diuersitas maior in angulis quidem cum fuerit punctum.b.ipsum punctum sũmitatis capitum. Etenim cum nõ fuerit apud.b.neqꝫ vnus angulus:erunt linee que protrahũtur a puncto sũmitatis capitum ad duo pũcta.d.⁊.e.faciẽtes angulos rectos sup orbem signorũ. Et in arcubus quidem cum fuerint loca eorum locus vnus: ⁊ nec etiam fuerit apud punctum.b.neqꝫ arcus vnus:erit quãtitas duoꝝ arcuum qui sunt apud duo pũcta.d.⁊.e.equalis quãtitati trãsitus lune in latitudine. Et silr etiam cum fuerit orbis descriptus super punctum sũmitatis capitũ erectus super orbem signoꝝ:erit diuersitas que erit inter vnumqueqꝫ duoꝝ arcuum.r.d.⁊.r.e.⁊ inter arcum.r.b.tota diuersitas transitus lune in latitudine. Et cum fuerit declinatio.d.e.ad.r.b.in locis alijs:erit quod aggregabitur ex additionibus arcuũ ⁊ anguloꝝ ad minus q̃ꝫ ad totã latitudinem. Et cum fuerit lõgitudo lune in latitudine ab orbe signoꝝ quinqꝫ partes:erit plurimũ quod diuersificatur ex diuersitate aspectuũ decem minuta fere. quinqꝫ enim partes que sunt diuersitas maior arcuũ, non faciunt diuersitatẽ aspectus quantitatem horum minutoꝝ nisi in magnis additionibus ⁊ paruis lõgitudinibus. per hoc volumus intelligi quãdo luna fuerit in ꝓpinquiore propinquitate orbis reuolutionis ⁊ orbis ecẽtrici. Et cum fuerit longitudo lune in eclypsibus solaribus maior trãsitus: qui est pars vna ⁊ medietas partis fere:erit diuersitas aspectus tñ vnũ minutũ ⁊ meditas minuti; scꝫ equalis numero partium lõgitudinis lune. ⁊ illud non erit nisi in raritate temporis.

Acceptio autem capituli equandi angulos ⁊ arcus ab eo qui vult illud breuiter et pauco sermone:erit ſm modũ quẽ narrabo. Omnino ergo dico ꝙ accipiemus numerum anguli: ⁊ duplabimus ipsum: ⁊ mittemus ipsum in tabulas arcuũ ⁊ chordarum: ⁊ accipiemus quod opponitur ei: ⁊ quod opponitur etiam numero diminuto a complemẽto duorum anguloꝝ rectorum: qui sunt. 180. ⁊ ponemus vnũquodqꝫ eorum per se: ⁊ multiplicabimus ipsum in partes latitudinis. postea accipiemus ex vnoquoqꝫ eorum partem centesimã ⁊ vicesimã: ⁊ firmabimus: ⁊ scribemus eam. ⁊ qd̕ fit ex angulo primo: ꝓijciemus ex arcu qui est a pũcto sũmitatis capitũ: cum fuerit luna ad partem pũcti sũmitatis capitũ. ⁊ cum fuerit luna ad contrariũ puncti sũmitatis capitum: addemus ipsũ super illum arcũ: ⁊ quod cõprehensum fuerit multiplicabimus in se: ⁊ addemus ipsum super quadratum qd̕ erit ex multiplicatione que ꝓuenit ex angulo diminuto a. 180. in se ducto: postea accipiemus radicẽ eius qd̕ aggregatꝰ: ⁊ ipsa erit chorda portionis arcus quesiti. Deinde post illud accipiemus quod firmauimus de angulo diminuto: ⁊ multiplicabimus ipsũ in. 120. ⁊ diuidemus illud per arcus inuentos: ⁊ quod ꝓuenerit ex diuisione: firmabimus ſm seipsum. postea mittemus quod firmauimus in tabulas chordarũ ⁊ arcuum: ⁊ accipiemus ex arcubꝰ ipsum qd̕ sequitur. postea accipiemus medietatẽ eius. Si ergo fuerit arcus equatus maior primo: addemus illud sup id quod est anguli primi. ⁊ si fuerit minor: minuemus ipsum ex eo: ⁊ iam eq̃uimus angulũ etiã. ¶ Et vt exẽplificemus illius exemplũ: ponemus in hac forma posita arcũ.b.r.45.partes: ⁊ angulũ.a.b.r.30.partes: ſm quãtitatẽ q̃ erit vnus angulus rectus.90.partes.⁊ vnũquemqꝫ duoꝝ arcuum.d.b.⁊.b.e.qui sunt latitudi-

nis quinq; partes. Et quia chorda que opponit̃ duplo.30.partiū.s.60.erit.60.⁊ chorda q̄ opponitur ei quod minuit̃ ex cōplemento duoꝝ angulorū rectoꝝ: sc3.120.erit.104.partes fere:erit ꝓportio.b.l.ad.l.e.sicut proportio.60.ad.104.partes. Et silr erit proportio.b.k.ad k.d.sm quantitatem qua erit chorda.b.d.120.partes. Multiplicabo igitur vnumquemq; duoꝝ numeroꝝ in quinq; partes:que sunt chorde:⁊ accipiā cuiusq; earū partem centesimā et vigesimā:⁊ erit vnaqueq; earum:sc3.k.b.⁊.b.l.due partes ⁊.30.minuta:sm illā quātitatē.⁊ vnaqueq; harū.d.k.⁊.e.l.erit quattuor partes ⁊.20.minuta. Si ergo fuerit luna super punctū.e.minuemus primū duas partes ⁊.30.minuta ex q̄dragintaquinq; partibus:q̄ sunt arcus.r.b.propter hoc ꝙ longitudo lune in latitudine erit ad partem summitatis capitum. Per quod intelligi volumus:ꝙ ambe erūt aut ad partē meridiei:aut ad partē septētrionis orbis signoꝝ.erit ergo arcus.r.l.42.partes ⁊.30.minuta. Qꝫ si fuerit luna sup punctū.d.addemus eas:propter hoc ꝙ est contrariū illius:erit ergo arcus.r.k.47.partes ⁊.30.minuta. Postea aggregabo vnūquodq; duoꝝ quadratoꝝ.r.l.⁊.r.k.cum vnoquoq; duoꝝ q̄dratorū d.k.⁊.l.e.sm se:sc3 aggregabo quadratū quattuor partiū ⁊.20.minutoꝝ cū vnoquoq; duorum quadratoꝝ:sc3.42.partiū ⁊.30.minutoꝝ:⁊.47.partiū ⁊.30.minutoꝝ. ⁊ eius qđ prouenit ex oibus duobus quadratis sm se accipiemus radicem.ergo erit arcus.r.e.42.partes et 56.minuta fere.⁊ erit arcus.r.d.47.partes ⁊.54.minuta. Postea multiplicabo quattuor partes ⁊.20.minuta in.120.⁊ diuidā ea per.42.partes ⁊.56.minuta:⁊ p.47.partes ⁊.54.minuta.erit ergo.e.l.duodecim partes ⁊ octo minuta fere:sm quātitatē q̄ erit chorda.r.e.120.partes.⁊ erit.d.k.decē partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis fere:sm quantitatem qua erit diameter.r.d.120.partes.⁊ erit arcus qui est sup chordam duodeci3 partiū ⁊ octo minutorum: vndecim partes ⁊ tres quinte partis fere.⁊ erit arcus qui est sup chordam decē partiū ⁊ medietatis ⁊ tertie partis fere decē partes ⁊ tertia partis fere. Et assumā medietates earū Quinq; ergo partes ⁊ q̄ttuor quintas partis:q̄ sunt anguli.e.r.l.minuā ex angulo.a.b.r.qui est.30.partes:ꝓpter hoc ꝙ arcus.r.e.est minor arcu.r.b.fit ḡ angulus.a.t.r.24.partes ⁊ quīta partis. Quinq; vō partes ⁊ sextā partis:que sūt anguli.d.r.k.addam sup.30.partes:ideo quia arcus.r.d.est maior arcu.r.b.fit ergo angulus.a.g.r.35.partes ⁊ sexta partis. Et hoc ē quod debuimus demonstrare.



Expleta est dictio quinta libri Almagesti Ptolemei Pheludiensis.

¶ LX. Ptolemei Pheludiensis Dictio sexta Libri Almagesti Tresdecē capitulis seriatim coornata Huic loco congruit.

¶ Capitulū primū De coniunctionibus ⁊ impletionibus lunaribus medijs.
¶ Capitulū secundū De aptatione differentiarū tabularū applicationū mediarū.
¶ Capitulum tertium De positione differentiarum tabularum.
¶ Capitulū quartū Quō oportet vt sit pscrutatio applicationū veraꝝ ⁊ hñtiū reuolutōes.
¶ Capitulum quintum De terminis eclypsium que sunt solis ⁊ lune.
¶ Capitulum sextum De longitudine que est inter menses eclypticos.
¶ Capitulum septimum De artificio lineationis tabularum eclypsium.
¶ Capitulum octauum De positione tabularum eclypsium solis ⁊ lune.
¶ Capitulum nonum de cognitione eclypsium lunarium.
¶ Capitulum decimum De cognitione eclypsium solarium.
¶ Capitulum vndecimū De inclinationibus ⁊ declinatione que erunt in eclypsibus.
¶ Capitulū duodecimū De positione lineationis q̄ est apud declinationē ⁊ inclinationes.
¶ Capitulum tredecimū De cognitione declinationis ⁊ inclinationum.

¶ Capitulum primū De coniunctionibus ⁊ impletionibus lunaribus medijs.



Ostq̄ sequitur qđ iam precessit: positio libri in applicationibus eclypsiuꝫ que sunt solis ⁊ lune: ⁊ precedit hunc librū etiam inquisitio eoruꝫ que videntur ex veritate coniunctionū ⁊ oppositionum solis ⁊ lune: Uidimꝰ nobis sufficere in cōprehēsione primū horum ⁊ similium ea quorum iam precessit declaratio ex motibus qui sunt cuiusq; duorum luminarium reuolutionuꝫ ⁊ diuersitatis. Et propter hoc possibile est: aliquem non pigrū ab hac inquisitione scientie locoꝝ eorū in oī hora (cum ꝯsiderat qđ est inter vnū eoꝝ ⁊ alterū) scire tēpora ⁊ loca applicationū localium: que reperiunt ex motibus medijs: ⁊ cum diuersitatibus verificatis. Et cuꝫ hoc vt sit nobis planius illud: premittemus breuiter positionē tempoꝝ ⁊ locoꝝ reuolutionū coniunctionū ⁊ oppositionū: ⁊ eorum que sunt locoruꝫ lune per tēpora media: ⁊ per diuersitatē ⁊ latitudinē: quibus erit equatio: que est applicationum verificatarū. Ex eis vō que prediximus: erit equatio que est applicationū eclypticaruꝫ. Et iam lineabimus inquisitionis huius tabulas ſm hunc modum.

¶ Capitulum secundum de aptatione differentiarū tabularū applicationum mediarum.

Ico primū vt equemus etiā loca mēsiuꝫ (sicut fuit nostra equatio alioꝝ locoꝝ) a pmo anno annoꝝ Nabuch. accipiemus superfluitatē lōgitudinis: que fuit inter solem ⁊ lunā in primo annoꝝ Nabuch. in primo die mēsis thot: qui est ex mensibus egyptiorum: in meridie: que est. 70. partes ⁊. 37. minuta: ⁊ diuidemus eaꝫ per motū medium: qui est longitudinis diei vnius: ⁊ prouenięt nobis quinq; dies ⁊. 47. minuta ⁊. 33. secūda diei vnius. Fuit ergo coniūctio media preterita (q̄ fuit ante medium diem diei principij mensis thot) per hos quinq; dies ⁊ minuta eorum. Et fuit coniūctio secūda media post illum mediū diem. 23. diebus ⁊. 44. minutis ⁊. 17. secundis diei vnius fere. s. post mediū dieꝫ iomi vigesimiquarti. 44. minuta ⁊. 17. secunda diei vnius. Et erit motus solis medius in his. 23. diebus ⁊. 44. minutis ⁊. 17. secundis. 23. partes ⁊. 23. minuta. ⁊. 50. secūda: ⁊ motus lune in diuersitate. 310. partes ⁊. 8. minuta ⁊. 15. secūda. Et motus eius ī latitudine. 314. partes ⁊. 2. minuta ⁊. 21. secūda. Et fuit locus solis per motū suū mediū in media die primi mēsis in q̄dragesimoquinto minuto piscis. Et fuit eius longitudo a longitudine sua longiore in orbe suo pprio. 265. partes ⁊. 15. minuta. Et fuit longitudo lune a longitudine sua lōgiore in orbe reuolutiōis p motū diuersitatis. 268. partes ⁊. 49. minuta. Et fuit eiꝰ lōgitudo in latitudine ab vltima lōgitudine septētrionis in orbe suo decliui. 354. partes ⁊. 15. minuta. Fuit ergo in hoc tēpore longitudo solis ⁊ lune

ſcꝫ amborum media: poſt medium diem principij mēſis: in coniūctione media: ſolis quidē
longitudo a longitudine ſua longiore: ſcꝫ a quinqꝫ partibus ⁊.30.minutis geminoꝝ.288.
partes ⁊.38.minuta ⁊.50.ſecūda. Et fuit longitudo lune a longitudine lōgiore in diuerſita
te quidē.218.partes ⁊.57.minuta ⁊.15.ſecūda. Et in latitudine quidē fuit eius longitudo
ab vltima lōgitudine ſeptētrionis.308.partes ⁊.17.minuta ⁊.21.ſecunda.

¶ Capitulum tertiū de poſitione differentiarum tabularum.

DEſcribam autem tabulas: ⁊ deſcribā
primū in prima differentiarū earum: que eſt coniunctionum.45.areas
etiam in quinqꝫ tabulis. Et ponam in tabula prima in prima area p̄mū
annoꝝ Nabuch. Et in tabula ſecūda numerum dierū menſis thot: q̄ ē
24.dies ⁊.44.minuta ⁊.17.ſecūda. qm̄ minuta que ſequuntur: nō ſūt
niſi medietatis diei que eſt Jomin vigeſimi quarti. Et in tabula tertia
partes que ſunt longitudo ſolis media a longitudine lōgiore: que ſunt.288. partes ⁊.38.
minuta ⁊.50.ſecūda. Et in tabula quarta partes diuerſitatis lune lōgitudinis lōgioris: que
ſūt.218.partes ⁊.57.minuta ⁊.15.ſecunda. Et in tabula quinta partes latitudinis lune vl
time lōgitudinis ſeptētrionis: que ſūt.308.partes ⁊.17.minuta ⁊.21.ſecūda. ¶ Et qꝛ me-
dietas tēporis medij menſis continet ex diebus.14.dies ⁊.45.minuta ⁊.55.ſecūda fere: et
ex partibus lōgitudinis: illas quidē que ſunt lōgitudo ſolis.14.partes ⁊.33.minuta ⁊.12:
ſecunda: ⁊ ex diuerſitate quidē lune.192.partes ⁊.54.minuta ⁊.30.ſecūda: ⁊ ex latitudine
quidē.195.partes ⁊.20.minuta ⁊.6.ſecūda: Ergo minuā hos numeros ex numeris cōiun
ctionis poſite: ⁊ premittā quod remanebit: ⁊ ponā ipſum in area prima differentie ſecunde
que eſt oppoſitōis: ſm ſiľitudinem illius quod poſuimus in differentia prima: que eſt eq̄-
lis huic ſecūde. Erit ergo quod remanebit ex diebus nouē dies ⁊.58.minuta ⁊.22.ſecūda.
Et quod remanet ex partibus lōgitudinis quidem ſolis longioris.274.partes ⁊.5.minuta
⁊.38.ſecūda. Et quod remanet ex diuerſitate longitudinis lōgioris que eſt lune.26.partes
⁊.2.minuta ⁊.45.ſecūda. Et quod remanet ex latitudine que eſt longitudo ab vltima lōgi
tudine ſeptētrionis.112.partes ⁊.57.minuta ⁊.15.ſecūda. ¶ Et quia in oībus.25.annis
egyptijs: diminutis ex die vno duobus minutis ⁊.47.ſecūdis ⁊.5.tertijs cōplent̄ mēſes in
tegri fere: ⁊ ſuperfluūt poſt reuolutiones integras per motū mediū: ſol quidē.353.partibꝰ
⁊.52.minutis ⁊.34.ſecūdis ⁊.13.tertijs. Et luna ſupfluit cū curſu quidez diuerſitatis.57.
partibꝰ ⁊.21.minutis ⁊.44.ſecūdis ⁊ vno tertio. Et in latitudine.117.partibus ⁊.12.mi
nutis ⁊.49.ſecūdis ⁊.54.tertijs: Ponā ergo additiones duarū tabularū primarū ex amba-
bus ſupfluitatibꝰ p.25.ānos: ⁊ ponā diminutiones duarū tabularū ſecundarū ex ambabꝰ
ſupfluitatibꝰ duo minuta ⁊.47.ſecūda ⁊.5.tertia. Et reliquarū tabularū ponā quidē addi-
tiones: duarū quidē tabularū tertiarū ex ambabꝰ ſupfluitatibꝰ.353.partes ⁊.52.minuta ⁊
34.ſecūda ⁊.13.tertia. Et duarū quidē tabularū quartarū ponā additōes ambarū ſupflui-
tatū.57.partes ⁊.21.minuta ⁊.44.ſecūda ⁊ vnū tertiū. Et duarū tabularū quintarū amba
rū ſuperfluitatū ponā additiōes.117.partes ⁊.12.minuta ⁊.49.ſecūda ⁊.54.tertia. ¶ Et
poſt has duas ſupfluitates deſcribā quinqꝫ tabulas ī differētia vltima Annoꝝ expanſorū
in vigintiq̄ttuoꝛ areis. Et deſcribā ſub eis quinqꝫ tabulas alias ī duodecē areis menſiū. Et
ponā in p̄ncipio arearum q̄ ſunt menſiū in tabula quidē p̄ma mēſem vnū. Et in tabula ſecū
da numerū dierū mēſis: qui ſunt.29.dies ⁊.31.minuta ⁊.50.ſecūda ⁊.8.tertia ⁊.20.q̄rta.
Et in tabula tertia partes ſolis q̄ aggregant̄ in hoc tp̄e: q̄ ſunt.29.partes ⁊.6.minuta ⁊.23.
ſecūda ⁊ tertiū vnū. Et in tabula quarta partes diuerſitatis lune que ſunt.25.partes ⁊.49.
minuta ⁊ cifre ⁊ octo tertia. Et in tabula quinta partes latitudinis que ſunt.30. partes et
40.minuta ⁊.14.ſecūda ⁊.9.tertia. Et ponā additōes harū arearū ⁊ tabularū ꝑ numeros q̄
ſunt in area p̄ma q̄nqꝫ tabularū. ¶ Et ponā in p̄ncipio arearū tabularū ānoꝝ expāſoꝝ: in ta
bula q̄dē p̄ma annū primū. Et in tabula ſecūda numerū dierū qui ſupfluunt in.13.mēſibꝰ.
q̄ ſūt.18.dies ⁊.53.minuta ⁊.51.ſecūda ⁊.48.tertia. Et in tabula tertia partes q̄ in hoc tp̄e
ſupfluunt ex curſu ſolis. q̄ ſūt.18.p̄tes ⁊.22.minuta ⁊.59.ſecūda ⁊.18.tertia. Et in tabula
q̄rta p̄tes diuerſitatis lune. q̄ ſunt.335.partes ⁊.37.m̄. ⁊ vnū ſecūdū ⁊.51.tertia. Et in tabu
la q̄nta partes latitudinis: q̄ ſunt.38.partes ⁊.43.minuta: ⁊ tria ſecūda ⁊.51.tertia. Et po-
nā additōes harū tabularū: q̄nqꝫ ſm id qđ ſupfluit in.13.mēſibꝰ: ⁊ q̄nqꝫ ſm id qđ ſupfluit
in.12.mēſibus. In quibus aggregat̄ quidē ex diebus.354.dies ⁊.22.minuta: ⁊ ſecūdum
vnum: ⁊.40.tertia. Sed ex partibus quidem partes lōgitudinis ſolis a longitudine ſua lon
giore.349.partes ⁊.16.minuta ⁊.36.ſecunda ⁊.12.tertia. Et partes quidem diuerſitatis
lune.309.partes ⁊.48.minuta ⁊ ſecundū vnū ⁊.36.tertia. Partes v̄o latitudinis octo par-
tes ⁊ duo minuta ⁊.49.ſecūda ⁊.48.tertia. Et poſuimus ea que narrauimus ſm quātitatē
qua ſufficiat nobis in applicatione vna poſt ānos egyptios ītegros ad minuta ⁊ ad ſecūda.
Firmata fuit hec tabula poſt hec.

ℭ Termini Eclypsium Luminarium.

	☉		☽	
☉ z ☽	ptes	m̄	ptes	m̄
Ex hoc	69	19	74	48
Ad	101	22	105	12
Ex hoc	258	38	254	48
Ad	290	41	285	12

ℭ Tabularum differentia prima: que est Coniunctionū luminarium.

Prima	Secunda ☉			Tertia			Quarta ☾			Quinta		
Anni collecti sm. 25.	Dies mensis Thot.			Lōgitudo solis media alō gitudine longiore ☉			Partes diuersitatis lune ☾			Partes Latitudinis.		
	Dies	m̄	2	ptes	m̄	2	ptes	m̄	2	ptes	m̄	2
1	24	44	17	288	38	50	218	57	15	308	17	21
26	24	41	30	282	31	24	276	18	59	65	30	11
51	24	38	43	276	23	58	333	40	43	182	43	1
76	24	35	56	270	16	33	31	2	27	299	55	51
101	24	33	9	264	9	7	88	24	11	57	8	41
126	24	30	22	258	1	41	145	45	55	174	21	31
151	24	27	35	251	54	15	203	7	39	291	34	20
176	24	24	47	245	46	50	260	29	23	48	47	10
201	24	22	0	239	39	24	317	51	7	166	0	0
226	24	19	13	233	31	58	15	12	51	283	12	50
251	24	16	26	227	24	32	72	34	35	40	25	40
276	24	13	39	221	17	6	129	56	19	157	38	30
301	24	10	52	215	9	41	187	18	3	274	51	20
326	24	8	5	209	2	15	244	39	47	32	4	10
351	24	5	18	202	54	49	302	1	31	149	17	0
376	24	2	31	196	47	23	359	23	15	266	29	50
401	23	59	44	190	39	57	56	44	59	23	42	39
426	23	56	57	184	32	32	114	6	43	140	55	29
451	23	54	10	178	25	6	171	28	27	258	8	19
476	23	51	22	172	17	40	228	50	11	15	21	9
501	23	48	35	166	10	14	286	11	55	132	33	59
526	23	45	48	160	2	49	343	33	29	249	46	49
551	23	43	1	153	55	23	40	55	23	6	59	39
576	23	40	14	147	47	57	98	17	7	124	12	29
601	23	37	27	141	40	31	155	38	51	241	25	19
626	23	34	40	135	33	5	213	0	35	358	38	9
651	23	31	53	129	25	40	270	22	19	115	50	59
676	23	29	6	123	18	14	327	44	3	233	3	48
701	23	26	19	117	10	48	25	5	47	350	16	38
726	23	23	32	111	3	22	82	27	31	107	29	28
751	23	20	45	104	55	57	139	49	16	224	42	18
776	23	17	57	98	48	31	197	11	0	341	55	8
801	23	15	12	92	41	5	254	32	44	99	7	58
826	23	12	13	86	33	39	311	54	28	216	20	48
851	23	9	36	80	26	13	9	16	12	333	33	38
876	23	6	49	74	18	48	66	37	56	90	46	28
901	23	4	2	68	11	22	123	59	40	207	59	17
926	23	1	15	62	3	56	181	21	24	325	12	7
951	22	58	28	55	56	30	238	43	8	82	25	57
976	22	55	41	49	49	4	296	4	52	199	37	47
1001	22	52	54	43	41	39	353	26	36	316	50	37
1026	22	50	7	37	34	13	50	48	20	74	3	27
1051	22	47	19	31	26	47	108	10	4	191	16	16
1076	22	44	32	25	19	21	165	31	48	308	29	6
1101	22	41	45	19	11	56	222	53	32	65	41	56

Tabulartum differentia Secunda: que est Impletionum luminarium.

Prima	Secunda			Tertia			Quarta			Quinta		
Anni et pansi	Dies mensis Thot.			Lōgitudo solis media a lōgitudine longiore ☉			Partes diuersitatis lune ☾			Partes Latitudinis.		
Fm.25.	Dies	m	2	ptes	m	2	ptes	m	2	ptes	m	2
1	9	58	22	274	5	38	26	2	45	112	57	15
26	9	55	35	267	58	12	83	24	29	230	10	6
51	9	52	48	261	50	46	140	46	13	347	22	55
76	9	50	1	255	43	21	198	7	57	104	35	45
101	9	47	14	249	35	55	255	29	41	221	48	34
126	9	44	27	243	28	29	312	51	25	339	1	24
151	9	41	40	237	21	3	10	13	9	96	14	14
176	9	38	53	231	13	38	67	34	53	213	27	4
201	9	36	5	225	6	12	124	56	37	330	39	54
226	9	33	18	218	58	46	182	18	21	87	52	44
251	9	30	31	212	51	20	239	40	5	205	5	34
276	9	27	44	206	43	54	297	1	49	322	18	24
301	9	24	57	200	36	28	354	23	33	79	31	14
326	9	22	10	194	29	3	51	45	17	196	44	4
351	9	19	23	188	21	37	109	7	1	313	56	54
376	9	16	36	182	14	11	166	28	45	79	9	44
401	9	13	49	176	6	45	223	50	29	188	22	33
426	9	11	2	169	59	19	281	12	13	305	35	23
451	9	8	15	163	51	54	338	33	57	62	48	13
476	9	5	27	157	44	28	35	55	41	180	1	3
501	9	2	40	151	37	2	93	17	25	297	13	53
526	8	59	53	145	29	37	150	39	9	54	26	43
551	8	57	6	139	22	11	208	0	53	171	39	33
576	8	54	19	133	14	45	265	22	37	288	52	23
601	8	51	32	127	7	19	322	44	21	46	5	13
626	8	48	45	120	59	53	20	6	5	163	18	3
651	8	45	58	114	52	28	77	27	49	280	30	52
676	8	43	11	108	45	2	134	49	33	37	43	42
701	8	40	24	102	37	36	192	11	17	154	56	32
726	8	37	37	96	30	10	249	33	1	272	9	22
751	8	34	51	90	22	44	306	54	46	29	22	12
776	8	32	2	84	15	19	4	16	30	146	35	2
801	8	29	15	74	7	53	61	38	14	263	47	52
826	8	26	38	78	7	27	118	59	58	21	0	42
851	8	23	41	65	53	1	176	21	42	138	13	32
876	8	20	54	59	45	36	233	43	26	255	26	22
901	8	18	7	53	38	10	291	5	10	12	39	11
926	8	19	20	47	30	44	348	26	54	129	52	1
951	8	12	23	41	23	18	45	48	38	247	4	51
976	8	9	46	35	15	52	103	10	22	4	16	41
1001	8	6	59	29	8	26	160	32	6	121	29	31
1026	8	4	12	23	1	1	217	53	50	238	43	21
1051	8	1	15	16	53	35	275	15	33	355	56	11
1076	7	58	37	10	46	9	332	37	18	113	9	1
1101	7	55	50	4	38	44	29	59	2	230	21	51

Tabularum differentia tertia Cōmunis Annis expāsis & Mensibus Coniunctionibus & Impletionibus simul. Et in ea sunt superfluitates cōparate: que sunt Coniunctionum & Impletionum.

Prima	Secunda ☉			Tertia			Quarta ☾			Quinta		
Anni expansi	Dies mensis Thot.			Lōgitudo solis media alōgitudine longiore ☉			Partes diuersitatis lune ☾			Partes Latitudinis.		
sm. 25.	Dies	m̄	2̈	ptes	m̄	2̈	ptes	m̄	2̈	ptes	m̄	2̈
1	18	53	52	18	22	59	335	37	2	38	43	4
2	8	15	54	7	39	36	285	25	4	46	45	54
3	27	9	45	26	2	35	261	2	5	85	28	57
4	16	31	47	15	19	11	210	50	7	93	31	47
5	5	53	49	4	35	47	160	38	9	101	34	37
6	24	47	40	22	58	46	136	15	11	140	17	41
7	14	9	42	12	15	23	86	3	12	148	20	30
8	3	31	44	1	31	59	35	51	14	156	23	20
9	22	25	36	19	54	59	11	28	16	195	6	24
10	11	47	37	9	11	35	321	16	18	203	9	14
11	1	9	39	358	28	11	271	4	19	211	12	3
12	20	3	32	16	51	10	246	41	21	249	55	7
13	9	25	33	6	7	47	196	29	23	257	57	57
14	28	19	24	24	30	46	172	6	25	296	41	1
15	17	41	26	13	47	22	121	54	26	304	43	50
16	7	3	28	3	3	59	71	42	28	312	46	40
17	25	57	20	21	26	58	47	19	30	351	29	44
18	15	19	22	10	43	34	357	7	32	359	32	34
19	4	41	23	0	0	10	306	55	33	7	35	23
20	23	35	15	18	23	10	282	32	35	46	18	27
21	12	57	17	7	39	46	232	20	37	54	21	17
22	2	19	19	356	56	22	182	8	39	62	24	7
23	21	13	11	15	19	22	157	45	41	101	7	10
24	10	35	13	4	35	58	107	33	43	109	10	0

Tabularum differentia quarta Coniunctionū & Impletionū In mensibus.

pa	Scda			Tertia			Quarta			Quinta		
mes	dies	m̄	2̈	ptes	m̄	2	ptes	m̄	2	ptes	m̄	2
1	29	31	50	29	6	23	25	49	0	30	40	14
2	59	3	40	58	12	46	51	38	0	61	20	28
3	88	35	30	87	19	9	77	27	0	92	0	42
4	118	7	21	116	25	32	103	16	1	122	40	57
5	147	39	11	145	31	55	129	5	1	153	21	51
6	177	11	1	174	38	18	154	54	1	184	1	15
7	206	42	51	232	44	41	180	43	1	214	41	39
8	236	14	41	203	51	4	206	32	1	245	21	53
9	265	46	31	261	57	27	232	21	1	276	2	7
10	295	18	21	291	3	50	258	10	1	306	42	21
11	324	50	12	320	10	13	283	59	2	337	22	36
12	354	22	2	349	16	36	309	48	2	8	2	50

Termini Eclypsium Luminarium.

		ptes	m̄		ptes	m̄		ptes	m̄		ptes	m̄
☉	Ex	69	19	Ad	101	22	Et ex	258	38	Ad	290	41
☽	Ex	74	48	Ad	105	12	Et ex	254	48	Ad	285	12

¶ Capitulũ quartum Qualiter opoꝛteat vt sit perscrutatio applicationum verarum ⁊ habẽtium reuolutiones.


Cum voluerimus scire applicationes medias que videntur: in quocũq; annoꝝ quesitoꝝ fuerit illud Considerabimus quãtum sit inter pꝛimum annoꝝ Nabuch. ⁊ inter illum annũ. ⁊ mittemus illum numerũ in tabulam pꝛimã: cuiuscũq; duarũ differentiarum pꝛimarum voluerimus. et videbimus in qua area annoꝝ viginti quinq; collectoꝝ reperiamus numerum illum: ⁊ in qua area etiam pꝛime tabule differentie tertie: que est annoꝝ expansoꝝ. ⁊ quod opponetur illis duobus numeris in illis duabus areis in eis que sunt post eas ex tabula aggregabim⁹. s. qd̃ in vnaquaq; tabula fuerit per se: ex eo qd̃ pꝛopꝛium est cuiusq; duoꝝ numeroꝝ. Et postea accipiemus in applicationibus quidem coniũctionis: quod fuerit in differentia pꝛima: ⁊ quod fuerit in differẽtia tertia. Et in impletionibus quidẽ oppositionũ accipiemus quod fuerit in differẽtia secunda ⁊ in differẽtia tertia: ⁊ aggregabimus ea. Fiet ergo aggregatum ex eo quod ẽ in tabula secunda tẽpus applicationis: que est a pꝛincipio illius anni: sicut coniunctio. 24. dierũ et. 44. minutoꝝ: que sunt post medietatẽ diei iomi vigesimiquarti mensis thot. Qꝫ si essent dies. 34. ⁊. 44. minuta: esset illud post medium diem iomĩ quarti mẽsis phemenut s̃m minuta equalia illis minutis. Per illud v̉o quod aggregat̃ ex eis: que sunt in tabula tertia: sciemus partes longitudinis solis a longitudine lõgioꝛe. Et per id quod aggregat̃ ex eis q̃ sunt ĩ tabula quarta sciemus partes diuersitatis lune a lõgioꝛe lõgitudine. Et per id quod aggregatur ex eis que sunt in tabula quinta: sciemus partes vltime lõgitudinis septẽtrionis: que ẽ latitudinis. ¶ Et post illud (queãdmodũ sequitur) si voluerimus assumere oĩbus tabulis: aut quibusdã earũ: ex eo quod aggregat̃ ex eo quod est in differentia quarta: que est mensium. s. pꝛopꝛietati cuiusq; earũ: alleuiabitur illud nobis: cum nos bꝛeuiter conuerterimus vnum dierũ vel minuta diei (si que fuerint) ad hoꝛas equales. erit enĩ sup̃fluitas eius quod aggregatur ex hoꝛis: s̃m hoc q̃ oẽs dies cum noctibus suis sunt equales. Et non accipiant̃ tẽpoꝛales s̃m veritatẽ in oĩ hoꝛa: verum accipiant̃ dies cum noctibus suis diuersi. Diuersitas v̉o que est inter dies cum noctibus suis diuerse acceptos: equet̃ per id cuius pꝛemisim⁹ narrationẽ. Et eius declaratio est: q̃ cum fuerit superfluitas tempoꝝ maioꝛ longitudine diuersa: minuemus eam ex eo quod aggregat̃ ex longitudine equali. Et cum fuerit sup̃fluitas tempoꝝ minoꝛ ea: addemus eam super longitudinẽ equalem. ¶ Et post nostram acceptionem s̃m hunc modum tẽpoꝛis oppositionis aut coniunctionis que videntur s̃m cursũ medium: ⁊ quod in eo est ex diuersitatibus: que sunt in vnoquoq; duoꝝ luminariũ: alleuiabit̃ acceptio tẽpoꝛis ⁊ loci: in quibus erit applicatio vera: et etiã acceptio transitus lune in latitudine: cum cõpauerimus vnam duarum diuersitatum alteri. Cum enim p̃funde perscrutati fuerimus in vnaquaq; earum: ⁊ inquisiuerimus trãsitũ verũ qui est solis ⁊ lune ⁊ latitudinis: per id quod inuenerimus ex augmento ⁊ diminutione in tẽpoꝛe duarum reuolutionum. si inuenerimus eos in parte vna: aut in duabus partibus oppositis: tunc illud est tempus applicatiõis vere. Et si nõ inuenerimus eos ita: accipiemus p̃tes lõgitudinis que ẽ inter eos: ⁊ addemus sup̃ eas partem duodecimã earum: que est motus solis in illis partibus fere. et ↄsiderabimus in quot hoꝛis equalibus fecer luna cum diuersitate sua illas partes. Deinde accipiemus illas hoꝛas. tũc si fuerit verificatio lune minoꝛ verificatione solis: addem⁹ illud super tempus duarum reuolutionũ. ⁊ si fuerit maioꝛ minuemus illud ex eo. Et similiter accipiemus lõgitudinẽ q̃ est inter eos ex p̃tibus: cũ p̃te duodecima earũ. Tũc si fuerit verificatio lune in tempoꝛe duarum reuolutionum minoꝛ verificatõe solis: addemus illud super verificationẽ lune: in tẽpoꝛe reuolutionis. ⁊ si fuerit maioꝛ ea: minuemus illud ex ea. Inueniemus q̃ p̃ illud locũ verificatiõis applicatõis ⁊ transitũ lune verũ in oꝛbe decliui in lõgitudine ⁊ in latitudine fere. ¶ Et inuenitur etiam motus lune diuersus hoꝛe vnius: in hoꝛa applicationis: s̃m hũc modum quem narrabo. Mittam numerum partium diuersitatis lune ĩ hoꝛa quesita in tabulã superfluitatis diuersitatis lune: ⁊ accipiam ex superfluitatibus que ei opponũtur additiõis ⁊ diminutionis poꝛtionem diuersitatis vnius superfluitatum diuersitatis: ⁊ multiplicabimus eam in motum diuersitatis medium hoꝛe vnius: qui ẽ. 32. minuta ⁊. 56. secũda. ⁊ qd̃ p̃uenerit cõsiderabimus. Tũc si ceciderit numerus diuersitatis ĩ superioꝛibus areis: que sunt maioꝛis additõis ⁊ diminutiõis: minuemus illud ex motu medio in lõgitudine hoꝛe vnius: que est. 32. minuta ⁊. 56. secũda. Et si ceciderit numerus diuersitatis in inferioꝛib⁹ areis: addemus illud. Quod ergo cõpꝛehẽditur: est motus lune in diuersitate in illa hoꝛa hoꝛe vnius equalis. Tempoꝝ autẽ que sunt in alexandria applicationum verarum ita est inuẽtio. Nõ enim inuentionis locoꝝ omniũ assumitur tempoꝛũ hoꝛarum eq̃tio nisi s̃m oꝛbem meridiei alexandrie. Et iam alleuiat̃ inuẽtio tempoꝝ applicationis (in quocũq; climate erit illud) ex tẽpoꝛibus alexandrie: cum fuerit numerus hoꝛarum ale

xãdrie equalium: ⁊ eius elõgatio ab orbe meridiei notus. Ex diuersitate nãq; que est iter
loca: scietur quota pars sit diuersitas: que est inter orbem meridiei loci quesiti: ⁊ inter orbe;
meridiei alexandrie. Si ergo fuerit orbis meridiei loci quesiti ab orbe meridiei alexandrie
orientalis: ſm quantitatem illorum tempoꝝ tardabitur quod videtur ex consideratiõe ap-
plicationis. ⁊ si fuerit occidentalis: precedet ſm quantitatem illorum tempoꝝ. Et manifestũ
est etiam: ꝙ ex omnibus quindecim tẽporibus erit hora equalis.

¶ Capitulum decimumquintũ de terminis eclypsium que sunt solis ⁊ lune.

IAm cõsequitur quod diximus: vt ad
damus quo indigemus in terminis eclypsium ex eis que percurrit sol ⁊
luna. vt (etsi non reiteremus cõsideratiõnẽ in oĩbus applicationibus ha
bentibus reuolutiones: sed in applicationibus in quibus possibile ẽ ac-
cidere eclypses tñ) sit cognitio nobis illius facilior per ea que opponũ
tur vnicuiq; applicationum habentium reuolutiones ex trãsitu lune in
cursu suo medio in latitudine. In dictione autẽ que est ante istã: iam declarauimus: ꝙ dia
meter lune subtendit arcui orbis magni descripti super lune longitudinẽ magnam ⁊ super
centrum orbis signoꝝ: qui est ptis vnius ⁊. 31. minutoꝝ: ⁊. 20. secundoꝝ. qđ quidẽ sciuim⁹
per duas eclypses que fuerũt: ⁊ fuit luna super lõgitudinem longiorẽ orbis reuolutiõis sue
Nunc ṽo quia volumus inuentionẽ magnoꝝ terminorum eclypticoꝝ: ⁊ hi quidem termi
ni non erunt: nisi cũ luna fuerit in longitudine ꝓpinquiore orbis reuolutiõis sue: Illud igi
tur demõstrabo etiam per duas eclypses: quarum fuit cõsideratio cu; fuit luna in lõgitudi-
ne ꝓpinquiore orbis reuolutionis sue. qm̃ decentius: planius ⁊ firmius quo demonstratur
istud ⁊ eius simile: est qđ videtur ⁊ apparet. Et demõstrabo hic quãtitatem arcus: cui sub
tenditur diameter lune. Fuit nãq; eclypsis lune in anno septimo annorum philometoris: q̃
est annus quingẽtesimus ⁊ septuagesimusquartus annoꝝ Nabuch. trãsactis vigintisepte;
diebus mẽsis phemenut: qui est ex mẽsibus egyptioꝝ. in nocte cuius mane fuit dies vigesi
musoctauus: a principio hore octaue vsq; ad fine; hore decime. Et fuit plurimũ eclypsis lu
ne in alexãdria: a parte septẽtrionis septem digiti. Et quia tẽpus medium fuit post medie
tatem noctis duabus horis ⁊ medietate hore tẽporalibus. que equate erunt due hore ⁊ ter
tia hore: qm̃ locus solis verus fuit in septima parte tauri. Fuitq; tempus quod fuit a pri-
mo annoꝝ Nabuch. vsq; ad locum solis in tẽpore medio huius eclypsis. 573. anni egyptij
⁊ ducẽti ⁊ sex dies ⁊. 14. hore ⁊ tertia hore absolute equalis. que erũt ſm equationẽ dieru;
cum noctibus suis. 14. hore tñ. Et fuit in illa hora locus centri lune medius septem partes
⁊. 49. minuta scorpionis. verus autem sex partes ⁊. 16. minuta. Et fuit eius elõgatio a lon-
gitudine lõgiore in orbe reuolutionis. 160. partes ⁊. 40. minuta. Et fuit elõgatio eius ab vl
tima lõgitudine septẽtrionis in orbe suo decliui. 98. partes ⁊. 20. minuta: Manifestum est
igitur: ꝙ cum fuerit longitudo centri lune ab vno duorum nodorum in orbe decliui octo
partes ⁊. 20. minuta: ⁊ fuerit etiam in lõgitudine sua ꝓpinquiore: ⁊ fuerit centrum vmbre i
orbe magno descripto super ipsum: super angulos rectos orbis decliuis: ⁊ illud est trãsitus
ĩ quo erũt magne tenebre: cadet ex diametro in vmbrã medietas ⁊ pars duodecima. ¶ Et
etiam in anno. 37. reuolutionis tertie reuolutionũ philippi: qui est annus sexcẽtesimus et
septimus annoꝝ Nabuch. duobus diebus trãsactis mẽsis tobi: qui est ex mẽsibus egyptio-
rum. in nocte cuius mane fuit dies tertius: in principio quinte hore ipsi⁹ in rhodo: incepit lu
na eclypsari. ⁊ fuit plurimũ vmbre eius a parte meridiei tres digiti. Et quia etiã hic fuit ꝑn-
cipium eclypsis ante medietatẽ noctis duabus horis tẽporalibus. que fuerunt in rhodo et
alexãdria due hore equales ⁊ tertia hore. qm̃ locus solis ſm veritatẽ fuit in quinq; partib⁹:
⁊ octaua partis aquarij. ⁊ fuit tẽpus medium: in quo fuit plurimũ tenebre eius ante medie-
tatem noctis hora vna equali ⁊ medietate ⁊ tertia hore fere. ⁊ aggregant ex tpe loci solis in
primo annoꝝ Nabuch. vsq; ad hoc tẽpus medium eclypsis. 606. anni egyptij ⁊. 121. dies
et decẽ hore ⁊ sex minuta hore equalis absolute: ⁊ ſm equationẽ dierũ cum noctibus suis.
Et fuit locus cẽtri lune per cursum medium in illa hora in quinq; partibus ⁊. 16. minutis
leonis. ſm verificationẽ ṽo in quinq; partibus ⁊ octo minutis. Et fuit eius lõgitudo a lõgi
tudine lõgiore orbis reuolutionis. 178. partes ⁊. 46. minuta. Et fuit eius elõgatio ab vltĩa
lõgitudine septẽtrionis in orbe decliui. 80. partes ⁊. 36. minuta. Ergo manifestu; est hic: ꝙ
cum fuerit lõgitudo cẽtri lune ab vno duoꝝ nodorum in orbe suo decliui ⁊ in longitudine
sua ꝓpinquiore decem partes ⁊. 36. minuta: ⁊ fuerit centrum vmbre in loco sectiõis orbis
signorum ⁊ orbis magni descripti super centrum lune super rectos angulos orbis lune de-
cliuis: erit quod cadet in vmbra ex diametro lune quarta eius. Sed cum fuerit lõgitudo cẽ
tri lune ab vno duoꝝ nodorum in orbe suo decliui octo partes ⁊ tertia partis: erit eius lõgi-
tudo ab orbe signoꝝ in orbe magno descripto super duos polos eius. 43. minuta ⁊ tria se-
cunda partis vnius. Et cum fuerit lõgitudo cẽtri lune ab vno duorum nodorũ in orbe suo

declivi decem partes ⁊ tres quinte partis: erit lõgitudo eius ab orbe signoꝝ in orbe magno
descripto super duos polos eius .54. minuta ⁊ medietas ⁊ tertia minuti vnius partis. Et
quia superfluitas que est inter duas eclypses continet tertiã diametri lune. ⁊ superfluitas
que est inter duas lõgitudines cẽtri lune in orbe illo magno: ab illo puncto orbis signorum
scꝫ cẽtro vmbre: est vndecim minuta ⁊.47. secunda. tunc manifestũ est: ꝙ tota diameter lu
ne subtẽditur orbis magni descripti super minorẽ lõgitudinem lune: ⁊ super cẽtrum orbis
signoꝝ arcui: qui erit.35. minuta ⁊ tertia minuti partis vnius fere. Et quia lõgitudo centri
lune fuit in eclypsi secunda (in qua eclypsata fuit quarta diametri eius) a centro quidẽ vm-
bre.54. minuta ⁊ medietas ⁊ tertia minuti: ⁊ a puncto quidem super quod secant se arcus
vmbre ⁊ linea que aggregat duo cẽtra. quarta diametri lune: que est octo minuta ⁊ medie
tas ⁊ tertia minuti: Ex hoc ergo demõstrat: ꝙ oportet ꝙ sit medietas diametri vmbre in lõ
gitudine lune minore.46. minuta. ⁊ illud est quod non diuersificat: quin sit duplũ medieta
tis diametri lune ⁊ tres quinte eius equalis. que est.17. minuta ⁊ due tertie minuti. Me-
dietas autem diametri solis similiter subtẽditur arcui orbis magni descripti super ipsum ⁊
super centrum orbis signoꝝ. qui erit.15. minuta ⁊.40. secũda. Jam igitur ostensũ est: ꝙ cũ
sol ⁊ luna fuerint in applicationibus in lõgitudine magna: quisqꝫ eorũ numerabit ꝓprie or
bem suum duobus numeris equalibus. Cum ergo fuerit centri lune quod videtur lõgitu-
do a cẽtro solis in duabus partibus orbis signoꝝ.33. minuta ⁊.20. secunda: tunc possibile
erit vt sit primum locus lune qui videtur: in cõtactu solis. Sicut si imaginemur arcum linee
medij cinguli signoꝝ: supra quem sint.a.b. ⁊ arcum orbis lune decliuis: supra quem sint.d.g.
et imaginemur eos equidistantes in sensu. et describam arcum supra quẽ sint.a.e.g. orbis
magni descripti super duos polos orbis lune decliuis: ad locũ reuolutionũ lune in tẽpori-
bus eclypticis. Et imaginemur quidẽ supra punctũ.a. medietatẽ circuli solis: ⁊ sup pũctũ.e.
medietatẽ circuli lune q̃ videt: donec sit ꝑncipiũ cõtactus eoꝝ sup pũctũ.r. Et iã possibile ẽ
vt sit tp̃s in quo erit arcus.a.e. q̃ est lõgitudo: q̃ ẽ inter cẽtrũ lune qḋ videt sup pũctũ.e. ⁊
iter cẽtrũ solis qḋ videt sup punctũ.a. hic.33. minuta ⁊.20. secunda posita. Jn locis autẽ q̃
sunt a climate primo (vbi erit dies lõgior: qui est in eis tredecem horarũ equaliũ) vsqꝫ ad cli
ma septimũ. s. in locis: in quibus erit dies longior sexdecim horarum equaliũ: erit maior di-
uersitas aspectus lune in latitudine: cum fuerit in lõgitudine sua minore: in hora applicatio
num ad partem septẽtrionis: cum diuersitate aspectus solis octo minuta fere. Et silr erit ma-
ior diuersitas aspectus eius ex parte meridiei.58. minuta. Maior aũt diuersitas aspectus
eius in lõgitudine: cum quidem fuerit illa octo minuta ad partẽ septẽtrionis: nõ erit illud ĩ
leone ⁊ in geminis nisi.30. minuta fere. et cum fuerit diuersitas aspectus eius ad partẽ me-
ridiei.58. minuta: nõ erit illud in scorpione ⁊ in piscibus nisi quindecẽ minuta fere. Cum g̃
nos posuerimus centrum lune verum super punctũ.d. et ꝓduxerimus lineam.d.e. que ẽ to
tius diuersitatis aspectus: erit linea quidem.d.g. diuersitas aspectus in lõgitudine fere. ⁊ li-
nea quidem.g.e. diuersitas aspectus in latitudine. Quapropter cum fuerit luna ex parte se-
ptẽtrionis a sole: ⁊ fuerit in maiore diuersitate aspectus sui ad partẽ meridiei: erit linea.d.g
15. minuta. ⁊ erit linea.e.g. pars vna ⁊.31. minuta ⁊.20. secũda fere. Et quia ꝓportio arc⁹
qui est inter nodum ⁊ inter punctũ.g. ad arcum.g.a. in lõgitudine: que est inter duos termi
nos eclypticos: est sicut ꝓportio vndecim ⁊ medij ad vnum: Alleuiat sciẽtia nobis illius ex
eis quoꝝ precessit declaratio in tali qualis est orbis lune. Erit ergo hic arcus qui est a nodo
ad punctum.g.17. partes ⁊.26. minuta. ⁊ erit etiam cum.d.g. ꝼm illam quãtitatem.17. par
tes et.41. minuta. Et cum fuerit luna ex parte meridiei a sole: et fuerit in maiore diuersitate
aspectus sui ad partem septẽtrionis: erit arcus.d.g.30. minuta: ⁊ totus arcus.a.e.g.41. mi
nuta. et ꝓpter hoc erit arcus quidem qui est inter nodũ ad pũctũ.g. septem partes ⁊.52. mi
nuta. ⁊ erit totus cum arcu.g.d. ꝼm illam quãtitatẽ octo partes et.22. minuta. Cũ ergo fue
rit lõgitudo centri lune verificati a quolibet duorum nodorum in orbe decliui ad partem
septẽtrionis.17. partes ⁊.41. minuta: et ad partem meridiei octo partes ⁊.22. minuta: tunc
possibile erit in locis habitabilibus vt sit principium eius ꝙ videtur locus lune quo contin
git solem. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.



ET etiam qm̃ iam fuit ostensum: ꝙ maior diuersitas solis est due partes ⁊.23. mi-
nuta: ⁊ maior diuersitas lune in applicationibus ẽ quinqꝫ partes ⁊ vnũ minutũ:
possibile est vt sit lõgitudo lune a sole: in quibusdã temporibus in horis applica
tionũ habentiũ reuolutiones: ꝼm veritatẽ septem partes et.24. minuta. Jn tem-
pore vo in quo pertransit luna has partes: precedit sol partem tertiamdecimã earum fere. s.
34. minuta fere. Et in tẽpore etiam in quo pertrãsit luna hec.34. minuta: precedit etiam sol
tertiamdecimã partẽ earum: que est tria minuta fere: quoꝝ tertiedecime partis nõ est quan
titas magna. Ergo si nos aggregauerimus illud donec sint.37. minuta: que sunt septem par
tiũ ⁊.24. minutoꝝ primoꝝ pars duodecima. et postea addiderimus illud sup partes diuer-
sitatis solis que sunt due partes ⁊.23. minuta: fiet sũma illius tres partes. Et est plurimum

quod erit ex diuersitate: que est inter reuolutiones applicationũ mediarum in lõgitudine et latitudine: et inter verificatas fere. Cum ergo fuerit etiam lõgitudo que est inter centrum lune ab vno duorũ nodoꝝ per cursum suum mediũ in orbe suo decliui, ad parteꝫ quidẽ septẽtrionis. 20. partes ꝛ. 41. minuta: ꝛ ad partem meridiei vndecim partes ꝛ. 22. minuta: tunc possibile erit in locis habitabilibus: vt sit primus locus lune, quo videtur contingere solem. Et ꝓpter hoc cuꝫ fuerit numerus, qui est ab vltima lõgitudine septẽtrionis orbis lune decliuis, oppositus partibus applicationũ reuolutionũ. s. partibus que sunt a. 69. partibus ꝛ. 19. minutis ad. 101. partes ꝛ. 22. minuta: aut oppositus partibus, que sunt a. 258. partibus ꝛ. 38. minutis ad. 290. partes ꝛ. 41. minuta. tũc tñ erit possibile, vt contingãt in istis locis quos prediximus: ea que narrauimus ex contactu lune et solis. ¶ Et etiam propter terminos eclypticos lunares: quoniã iam ostensum est: ꝙ medietas diametri lune in longitudine sua minore subtendit̃. 17. minutis ꝛ. 40. secũdis. ꝛ ꝙ medietas diametri vmbre in magnitudine est duplum ꝛ tres quinte medietatis diametri lune fere: ꝛ est. 45. minuta et 56. secunda. tũc manifestum est: ꝙ cum fuerit longitudo cẽtri lune vera a centro vmbre in orbe quidem magno descripto super ipsum ꝛ super duos polos orbis eius decliuis, a duabus partibus orbis signoꝝ pars vna ꝛ tria minuta ꝛ. 36. secunda. ꝛ in orbe quideꝫ decliui: in quocũqꝫ duoꝝ nodoꝝ fuerit: ſm proportionẽ vnius ad vndecim ꝛ medium: illud erit. 12 partes ꝛ. 12. minuta fere. erit tunc possibile primũ: vt contingat luna vmbram. Et ꝓpter hẽ per id quod iam ostensum est ex diuersitatibus: cum fuerit lõgitudo cẽtri lune, que accipit̃ per cursum suum mediũ a duobus nodis in orbe suo decliui. 15. partes ꝛ. 12. minuta: tũc silr̃ cadit luna etiam in numeris qui sunt ab vltima longitudine septẽtrionis: in eis que sũt inter. 74. partes ꝛ. 48. minuta ad. 105. partes ꝛ. 12. minuta: ꝛ in eis que sunt inter. 254. partes ꝛ. 48. minuta ad. 285. partes ꝛ duodecim minuta: tunc erit possibile vt sit principiũ contactus lune ꝛ vmbre. Affirmauimus igitur in his tabulis (que sunt applicationũ) numeros partium terminoꝝ solarium ꝛ lunariuꝫ qui accidunt lune: vt ponamus cognitionẽ eius quod possibile est cadere in eclypsim preparatam.

¶ Capitulum sextum de longitudine que est inter menses eclypticos.

QUã bonum est ꝛ vtile: vt addamus eis que iam prediximus: in quot mẽsibus ſm maius sit possibile: vt sint applicationes eclyptice. quatinus cum nos assumpserimus locum vnuꝫ applicationis eclyptice: non accipiamus etiam oẽs applicationes, que se adinuicem sequuntur: sed accipiamus applicationes, in quibus possibile est esse eclypsim in tot aut tot mensibus. ꝛ accipiamus illud ad inquisitionem terminorum. ¶ Qꝫ autem possibile sit vt eclypsentur sol ꝛ luna in omnibus sex mensibus: ex hoc declaratur. Aggregatur nãqꝫ vt cursus lune quidem medius in latitudine sit in sex mẽsibus. 184. partes ꝛ minutum vnum ꝛ. 25. secunda. Arcus vͦ qui erũt in his, q̃ sunt inter terminos eclypticos in sole ꝛ luna: illi quidem qui erunt in portionibus minoribus semicirculo: non continebunt partes, nisi pauciores suis ptibus. ꝛ arcus q̃dem q̃ erunt in portõibus maiorib⁹ semicirculo: continẽt ptes suis partibus plures. Termini enim solis secant (in quocũqꝫ duorum nodoruꝫ fuerint) orbis lune decliuis: a parte quidem septẽtrionis partes, que iam affirmate sunt esse. 20. partes ꝛ. 41. minuta. ꝛ a parte quidem meridiei 11. partes ꝛ. 22. minuta. Arcus autẽ qui est a parte septẽtrionis: in quo non erit eclypsis: ẽ 138. ptes ꝛ. 38. minuta. ꝛ arcus q̃ est a pte meridiei, in quo nõ erit eclypsis. 157. ptes ꝛ. 16 m̃. Arcus vͦ lunares secãt i ambab⁹ ptib⁹ orbis signoꝝ: i illo orbe ab vno duoꝝ nodoꝝ. 15 pͤ ꝛ. 12. m̃. Et colligit̃ vt sit quisqꝫ duoꝝ arcuũ, in quib⁹ non erit eclypsis. 149. pͤ ꝛ. 36. m̃.

ET ex istis modis possibile erit, vt sit eclypsis lunaris in maiore quinqꝫ mẽsibus. s. cum fuerit sol in cursu suo maiore: ꝛ luna in suo cursu minore. Et ita declarabitur nobis illud. In quinqꝫ enim mensibus mediis inuenimus cursum quidem cuiusqꝫ duorum luminarium in longitudine superfluere: in cursu medio solis. 145 partes ꝛ. 32. minuta. ꝛ in luna quidem in diuersitate sua in orbe reuolutionis. 129. partes ꝛ quinqꝫ minuta. Sed. 145. partes ꝛ. 32. minuta, que sunt solis: non erunt nisi in cursu eius magno: qui erit a duabus partibus longitudinis propinquioris: que addunt sup mediũ. 4. ptes ꝛ. 38. minuta. Et erunt ptes orbis reuolutiõis lune. 129. partes ꝛ quinqꝫ minuta in cursu lune minore ab vtraqꝫ parte longitudinis lõgioris: que minuunt ex cursu medio octo partes ꝛ. 40. minuta. In tẽpore ergo medio quod est quinqꝫ mensium: cum fuerit sol quidem in maiore cursu suo: ꝛ luna in minore cursu suo: luna erit precedens solẽ partibus aggregatis ex ambabus diuersitatibus. s. 13. partibus ꝛ. 18. minutis. Et illud est qꝺ (cuꝫ ex eo accepimus partem duodecimã: ꝓpter illud cuius iam p̃cessit declaratio) erit pars vna et sex minuta fere. Et illud est quod cucurrit sol ad hoc vt consequeret̃ eum luna. Et quia sol superfluit quattuor partibus ꝛ. 38. minutis ex ꝓprietate diuersitatis sue: ꝛ ex cõsecutione

ſūa ad applicationē veram ſuperfluit parte vna ⁊ ſex minutis. erit hoꝛa quinqꝫ menſiū magnoꝛum addens ſuper mediū in lōgitudine quinqꝫ partes ⁊.44. minuta. Et ſilr̄ ſuperfluit luna fere per curſum ſuum in latitudine, in oꝛbe ſuo declini: ſuper illud quod aggregatur ex poꝛtionibus latitudinalibus, que ſunt quinqꝫ menſiūꝫ medioꝝ: que ſunt. 153. partes ⁊.21 minuta fere. Erit ergo qḋ aggregaᷣ ex curſu vero qui videtur in latitudine in quinqꝫ mēſibus magnis. 159. partes ⁊.5. minuta. ¶ Termini vō eclyptici, qui ſunt ab vtraqꝫ parte oꝛbis ſignoꝝ in lōgitudine lune media: continēt ex partibus in oꝛbe quideꝫ magno deſcripto ſuper duos polos oꝛbis lune declinis partē vnam fere. qm̄ partes que ſunt lōgitudinis minoꝛis: erunt pars vna ⁊ tria minuta ⁊.36. ſecūda. ⁊ que ſunt lōgitudinis maioꝛis, erūt. 56 minuta ⁊.24. ſecūda. in oꝛbe vō declini a duobus nodis vndeciꝫ partes ⁊.30. minuta. Quapropter aggregaᷣ: vt ſit arcus qui eſt inter eos, qui non eclypſanᷣ. 157. partes tm̄. que ſunt minoꝛes eis quas ſecāt quinqꝫ mēſes maioꝛes ex oꝛbe declini. ſ. 159. partibus ⁊ quinqꝫ minutis: ſm̄ duas partes ⁊.5. minuta. Manifeſtū eſt igitur ex eis que pꝛediximus: ꝙ poſſibile eſt vt eclypſetur luna in quinqꝫ mēſibus magnis: in oppoſitione pꝛima ⁊ ſeparatiōe ſua a quocūqꝫ duoꝝ nodoꝛum fuerit. ⁊ eclypſetur in oppoſitione poſtrema etiam in curſu ſuo ad nodum oppoſitū illi nodo. ⁊ vt ſint tenebꝛe in ambabus eclypſibus, ab eiſdem partibus oꝛbis ſignoꝝ. ⁊ vt nunqꝫ ſint ecōtrario illius. Et ita declarabitur nobis: ꝙ poſſibile ē, vt ſint in quinqꝫ menſibus magnis due eclypſes lunares.

Scḋm ſilitudinē vō iam narrati declarabiᷣ nobis: ꝙ non eſt poſſibile vt ſit illud in ſeptē menſib⁹: qꝛ̄uis ponam⁹ eos ſeptē mēſes minoꝛes: in quib⁹ erit ſol in curſu ſuo minoꝛe: ⁊ luna in curſu ſuo maioꝛe. Qm̄ etiā ī ſeptē mēſib⁹ medijs erit curſus medi⁹ in lōgitudine (q̄ eſt cuiuſqꝫ duoꝝ luminariū) ſecans. 203. ꝑtes ⁊.45. m̄. ⁊ curſus lune in oꝛbe reuolutionis. 180. ꝑtes ⁊.43. m̄. Harū vō ꝑtiū. 203. ꝑtes ⁊.45. m̄. cū fuerit ſol in curſu ſuo minoꝛe ab vtraqꝫ ꝑte lōgitu^is lōgioꝛis: minuent ex motu medio q̄ttuoꝛ ꝑtes et.42. m̄. ⁊. 180. ꝑtes ⁊.43. q̄dē minuta: q̄ ſunt oꝛbis reuolutionis lune: cū fuerit luna in curſu ſuo maioꝛe ab vtraqꝫ parte lōgitudinis ꝓpinquioꝛis addent ſuꝑ curſum medium nouē partes ⁊.58. minuta. In tēpoꝛe ergo ſeptem mēſium minoꝝ (cum fuerit ſol in curſu ſuo minoꝛe: ⁊ luna in curſu ſuo maioꝛe) erit luna iam pertranſiēs ſolem ſm̄ id quod aggregaᷣ ex partibus ambarum diuerſitatum: qḋ eſt. 14. partes ⁊.40. minuta. Quapꝛopter cum acceperimus partem duodecimā earum: ⁊ addiderimus ipſam ſuꝑ quattuoꝛ partes ⁊.42. minuta (que eſt quideꝫ diuerſitas ſolis) erit quod aggregabitur ex eo quinqꝫ partes ⁊.55. minuta fere. ⁊ illud eſt quod minuit curſus in lōgitudine: in ſeptem mēſibus minoꝛibus a medio. ⁊ eſt etiam quod minuit curſus in latitudine ab eo quod aggregaᷣ ex partibus ſeptem mēſiū medioꝝ: que ſunt. 214. partes ⁊.42. minuta. In ſepteꝫ ergo mēſibus minoꝛibus erit illud quod ſuꝑfluit luna in latitudine, in oꝛbe ſuo declini. 208. partes ⁊.47. minuta. Erit ergo totus arcus magnus: qui eſt inter terminos eclypticos in lōgitudine lune media oꝛbis declinis: q̄ eſt apud vnū duoꝝ nodoꝝ. ſ. illum ad quē vadit: ⁊ illū nodum a quo recedit oppoſito illi. 203. ꝑtes tm̄. Iā ḡ manifeſtū ē: ꝙ nō erit poſſibile: ꝙ cū eclypſabiᷣ luna in ſeptē mēſib⁹ minoꝛibus in oppōne pꝛima, quocūqꝫ modo fuerit: vt eclypſetur in oppoſitiōe poſtrema.

Ostendā igitur etiam: ꝙ iam poſſibile eſt apud illud quod ē illius ſimile quod diximus: vt eclypſeᷣ ſol duabus vicibus in quinqꝫ mēſib⁹ magnis in oībus plagis habitabilibus. Nos enim iā oſtēdimus: ꝙ in quinqꝫ mēſibus magnis erit curſus lune in latitudine. 159. partes ⁊.5. minuta. ⁊ erit arcus qui eſt ſuper ſolē: in quo non erit eclypſis in longitudine lune media ſm̄ illam quātitatem. 167. partes ⁊.36. minuta. qm̄ elōgatio terminoꝝ eclypticoꝝ ab oꝛbe ſignoꝛum in oꝛbe deſcripto ſuper duos polos eius erit. 32. minuta ⁊.20. ſecūda. ⁊ in oꝛbe quidem lune declini ſex partes ⁊.12. minuta. Manifeſtum igitur eſt: ꝙ cum non fuerit lune diuerſitas aſpectus: non erit poſſibile vt ſit illud: ꝓpter hoc ꝙ arcus in quo non erit eclypſis: erit maioꝛis longitudinis arcu curſus lune in quinqꝫ mēſibus magnis: in oꝛbe quidem lune declini cum octo partibus ⁊.31. minutis. ⁊ in oꝛbe quidē q̄ eſt ſuper rectū anguluꝫ oꝛbis ſignoꝝ. 45. minutis fere. Ubi vō erit poſſibile: vt ſit diuerſitas aſpectus in vna duarum coniunctionū extremarū: aut in ambabus ſimul addens in latitudine ſuꝑ. 45. minuta: tūc ergo erit poſſibile vt ſint ambe coniūctiones extreme eclyptice. Manifeſtum igitur iam eſt: ꝙ in tēpoꝛe medio quinqꝫ menſiū, cum fuerit luna in curſu ſuo minoꝛe: ⁊ ſol in curſu ſuo maioꝛe, a duabus tertijs virginis ad duas tertias aquarij: luna pꝛecedet ſolē etiā partibus ambarū diuerſitatū, que ſunt. 13. partes: et 18. minuta. Has vō partes ⁊ partem duodecimā earum percurrit luna per curſum ſuū medium in die ⁊ duabus hoꝛis ⁊ quarta hoꝛe. Manifeſtum eſt igitur: ꝙ quia fuit tēpus medium quinqꝫ menſium. 147. dies ⁊. 15. hoꝛe ⁊ medietas ⁊ q̄rta hoꝛe fere: erit tēpus maius quinqꝫ menſiū. 148. dies ⁊. 18. hoꝛe. Et ꝓpter hoc cum fuerit coniūctio pꝛima in duab⁹ tertijs virginis: erit ꝯiunctio poſtrema in duabus tertijs aquarij ante oēs hos dies ſex hoꝛis. Inquirimus ergo vbi ⁊ qn̄ erit poſſibile, vt ſit diuerſitas aſpectus lune in vno hoꝝ duoꝝ

signorum: aut in ambobus super stationem loci aquarij ⁊ ante locum virginis sex horis et
45.minutis. Non enim (quemadmodū diximus) reperitur diuersitas aspectus lune a parte
septētrionis in aliquo locoꝝ habitabiliū maior his.45.minutis. Et ex h̄ non est possibile vt
elypset sol bis in quinq; mēsibus magnis in cursu lune a parte meridiei orbis signoruꝫ.s.
cum fuerit luna elōgata in coniūctione prima a nodo caude: ⁊ appropinquerit in coniūctio
ne postrema nodo capitis. Jam aūt possibile est vt eclypsetur sol ad partem meridiei apud
eos qui habitāt post orbem equationis diei ad septētrionē s̄m hāc quātitatem in ambob⁹
his signis: ⁊ ante hunc locū sex horis, cum fuerint due tertie virginis, in coniūctione p̄ma ī
descensione occasus: ⁊ due tertie aquarij in coniūctione secūda in orbe meridiei. Nos enim
iam inuenimus lune in his locis in lōgitudine media diuersificari aspectum ad partē meri
diei. ⁊ erit diuersitas aspectus solis ⁊ lune sub orbe quideꝫ equationis diei in loco virginis
22.minuta fere. ⁊ in loco aquarij. 14. minuta. ⁊ vbi erit lōgitudo diei lōgioris. 12.hore et
medietas hore: in loco virginis. 27.minuta: ⁊ in loco aq̄rij. 22.minuta: donec fit sup̄fluitas
duarū diuersitatū aspectus sup̄ hec.45.m̄.4.m̄. Et cū fuerit diuersitas aspectus in locis se
ptētrionalibus maior semp̄ diuersitate aspectus in locis meridianis: erit plus firmuꝫ semp̄.
Manifestū est igitur: q̄ est possibile vt videāt eclypsim solis in illis locis habitātes duab⁹
vicibus in quinq; mēsibus magnis. Jllud v̄o nō erit nisi in cursu lune in parte septētriōis
ab orbe signorum tm̄.s.cum fuerit in eclypsi prima recedens a nodo capitis: ⁊ in eclypsi se
cunda accedens ad nodum caude.

Et dico etiam q̄ iam possibile est vt eclypsetur sol duabus vicibus apud illos in
septem mēsibus paruis. qm̄ iam declarauimus q̄ in septem mēsibus paruis erit
cursus lune in latitudine. 208.partes ⁊.47.minuta. Et erit arcus quē pertrāsiuit
luna, qui est inter terminos eclypticos orbis decliuis: maior arcu qui est a loco q̄
appropinquat vni duoꝝ nodoꝝ, ad locuꝫ qui opponitur ei: ⁊ a quo recedit ⁊ accedit ad no
dum alterum. Et colligitur vt sit hec lōgitudo in sole in longitudine lune media. 192.par
tes ⁊.24.minuta. Jgit̄ manifestū est etiam, q̄ cum non erit lune diuersitas aspectus: nō erit
possibile vt fit quod diximus. qm̄ arcus orbis decliuis: qui est septem mensium paruorum:
erit maior arcu magno: quē pertrāsiuit luna ex terminis solis eclypticis in orbe q̄dē decliui
16.partibus ⁊.23.minutis. ⁊ in orbe descripto super duos polos orbis signoꝝ parte vna ⁊
25.minutis. Ubi v̄o est possibile aspectum diuersificari: donec diuersitates aspectuum que
sunt cuiuscūq; coniunctionum verarum: aut ambarum simul: sint diuersitates aspectuū ad
dentes sup̄ partem vnā ⁊ 25.minuta. tūc ergo erit possibile, vt sint due coniūctiones extre
me eclyptice. Et quia iam declarauimus: q̄ in tēpore septem mensiū medioꝝ, cum fuerit lu
na in cursu suo maiore: ⁊ fuerit sol in cursu suo minore a postremis aquarij ad mediū virgi
nis: erit luna preteriēs iam solem 14.partibus ⁊.40.minutis. ⁊ has partes ⁊ partem earum
duodecimā p̄currit luna per cursum suum medium in die vna ⁊ in quinq; horis: Tunc ma
nifestum est (quia tempus septem mensiuꝫ medioꝝ continet. 206.dies ⁊.17.horas fere) q̄
tempus septem mensium paruoꝝ erit. 205.dies ⁊.12.hore. Quapropter erit tēpus coniun
ctionis postreme (que est in medio virginis) post duodecē horas tēporis coniūctionis pri
me, que est in postremo aquarij. Jnquirimus ergo vbi ⁊ qn̄ erit possibile: vt sit diuersitas
aspectus lune maior parte vna ⁊.25.minutis: aut in vno horum duoꝝ signoꝝ: aut in ambo
bus: s̄m prolongationē duodecē horarū a duob⁹ locis.s.cū fuerit vnū eoꝝ occidēs: ⁊ alterū
eoꝝ oriens: p̄pter hoc q̄ nō aliter est possibile: vt sint ambe eclypses super terrā a p̄te qui
dem septētrionis. non enim reperitur lune diuersitas aspectus s̄m hāc quantitatem in ali
quo locoꝝ habitabilium. ⁊ neq; habitātibus sub orbe equationis diei, erit diuersitas aspe
ctus lune in parte latitudinis in longitudine sua media maior vigintitribus minutis. Ex h̄
ergo nō est possibile, vt eclypsetur sol duabus vicibus in septē mensibus paruis p̄ cursum
lune in parte meridiei ab orbe signoꝝ.s.cum fuerit in coniūctione quidem prima appropin
quās nodo capitis: ⁊ in coniūctione postrema recedens a nodo caude. ¶ Jam autem inue
nimus q̄ diuersitas aspectus huius erit ad partem meridiei a linea equidistāte descripta su
per rhodum: cum fuerit postremū aquarij oriens, ⁊ medium virginis occidēs. Lune nāq;
aspectus diuersificat̄ in rhodo ⁊ in locis quę sunt sub linea equidistāte: descripta sup̄ rho
dum in vnoquoq; hoꝝ duorū locoꝝ in lōgitudine media diuersitatis aspectus solaris s̄m
diminutionē. 46.minuta fere a parte meridiei: donec erunt diuersitates aspectuum, q̄ sunt
duarum coniunctionū simul maius p̄te vna ⁊.25.minutis. ⁊ erit diuersitas aspectus, que
est ad partem meridiei, maior in locis qui magis intrāt in septētrionē a linea rhodi. Mani
festum est igitur: q̄ possibile est, vt videant qui sunt in his locis habitabilib⁹ in septē mēsi
bus paruis eclypsim solis duabus vicibus. Uerūtamen illud etiam non erit, nisi cū fuerit
cursus lune in parte septētrionis ab orbe signoꝝ tm̄.s. cum fuerit in eclypsi quidem prima
appropinquās nodo caude: ⁊ in eclypsi secunda recedens a nodo capitis.


REstat autem vt ostendamus etiam ꝙ in vno mense non est possibile: vt sol eclypsetur bis in locis habitabilibus: neq; in climate vno: neq; in climatibus diuersis. Si enim aliquis aggregauerit causas eclypsium oēs simul: quarū est impossibilis cōiūctio ⁊ ꝯuenientia: sed est forte possibile, vt sm voluntatē suā imaginet eas. si ipse posuerit has causas possibiles: nō erit possibile illud. Per quod volo itelligi ꝙ ipse posuerit lunā qdē in lōgitudine sua minore: vt sit diuersitas aspect⁹ eius maior. ⁊ posuerit mēsem minorem: vt sit sm quātitatem qua possibile est, vt sit mensis minor. erit cursus lune in latitudine mensis, maior cursu solis quē continēt termini solis eclyptici: ꝗuis imaginemur eam non alteratam in horis neq; in signis: in quibus videnť maiores diuersitates aspectuū lune. Et quia in mense medio supfluit quodq; duoꝝ luminariū per cursum suum medium in longitudine. 29. partes ⁊. 6. minuta. ⁊ cursus lune in orbe reuolutionis supfluit 25. partes ⁊. 49. minuta. Sed. 29. quidē partes ⁊. 6. minuta, que sunt solis in cursu ei⁹ minore a duabus partibus lōgitudinis longioris: minuūt ex cursu eius medio partem vnā ⁊ octo minuta. ⁊. 25. quidem partes ⁊. 49. minuta: que sunt orbis reuolutionis lune in cursu eius maiore a duabus partibus longitudinis ꝓpinquioris: addunt super cursum eius medium duas partes ⁊. 28. minuta: Tunc si nos ꝯsequēter sm illud cuius precessit declaratio aggregauerimus additiones ⁊ diminutiones, que sunt duaꝝ diuersitatum simul: que sunt tres partes ⁊. 36. minuta. ⁊ postea accepimus partē earū duodecimā, que est. 18. minuta: ⁊ addiderimus eam sup illud quod ꝓuenit ex diminutione solis: fiet illud pars vna ⁊. 26. minuta. ⁊ sm illud erit cursus mensis minoris minor cursu mēsis medij in longitudine ⁊ latitudine. Et quia cursus lune in mēse medio in latitudine erit. 30. partes ⁊. 40. minuta: erit cursus eius medius in mense minore. 29. partes ⁊. 14. minuta. que faciunt latitudinem in orbe magno: qui est in orbe signoꝝ sup rectum angulū: duas partes ⁊. 33. minuta fere. Aggregatur vō vt sit totus trāsitus terminoꝝ solis eclypticoꝝ: cum fuerit luna in longitudine sua minore pars vna ⁊ sex minuta: donec sit cursus mēsis minoris, maior parte vna ⁊. 27. minutis. Oportet ergo penitus (si sol eclypsatus fuerit in mense vno duab⁹ vicibus) vt aut non sit lune diuersitas aspectus in vna duarum coniunctionū: ⁊ sit diuersitas aspectus eius in coniunctione postrema, maior parte vna ⁊. 27. minutis. aut sit in vnaquaq; duarū coniunctionum diuersitas aspectus lune ad partem vnam: ⁊ sit supfluitas diuersitatū aspectuū maior parte vna ⁊. 27. minutis. aut vt sit diuersitas duoꝝ aspectuū simul maior hac quantitate: ita vt sit diuersitas, que est vnius duarum coniunctionū ad partem septētrionis: ⁊ sit alia ad partē meridiei. Sed neq; alicubi terrarū in applicatōib⁹: neq; in lōgitudine minore diuersificať aspectus lune in latitudine plus diuersitate aspectus solis: que ē pars vna. Nō est ergo possibile in mense minore, vt eclypsetur sol bis: cum fuerit luna aut in vna duarū coniunctionum: ita vt non sit ei diuersitas. aut sit diuersitas eius in ꝯiunctionibus duab⁹ ad partem vnam: ⁊ non sit eius supfluitas plus parte vna. Oportet ergo vt dicamus partem vnam ⁊. 27. minuta. Non enim est possibile vt sit illud: nisi cum fuerit queq; duarū diuersitatum duoꝝ aspectuum in oppositione alterius. ⁊ fuerit quod aggregať ex vnaquaq; duarum diuersitatum maius parte vna ⁊. 27. minutis tm̄. Et neq; est possibile vt sit illud nisi in duobus locis habitabilib⁹ diuersis oppositis: ꝓpter hꝰ ꝙ possibile est, vt sit diuersitas aspectus lune apud illos quidem qui sunt in parte septētrionis ab orbe equationis diei a locō habitabili: qui sequiť nos ad partem meridiei. ⁊ apud illos qui sunt in parte meridiei ab eq̄tione diei ab eis qui nominātur oppositi nostre terre: erit diuersitas aspectus lune ad partē septētrionis, post diuersitatē aspectus solis a. 25. minutis vsq; ad partem vnā. In loco aūt vno habitabili non erit illud semp, qm̄ lune augetur diuersitas aspectus. ⁊ similiter apud illos qui sunt sub equatione diei, erit diuersitas aspectus lune ad septētrionē ⁊ ad meridiē cum eo quod non est maius. 25. minutis. sed apud illos qui declināt ab eis ad septentrionē ⁊ ad meridiē erit diuersitas aspectus lune, q̄ sunt ecōtrario illoꝝ absq; maiore hac vna parte: donec erit quod aggregať ex duabus diuersitatibus aspectus lune simul minus parte et 27. minutis. ⁊ erit minus illo minore valde: apud illos qui sunt inter equationē diei: ⁊ iter vnā duarum extremitatum longitudinis vltime, que erit semp cuiusq; duarum diuersitatū aspectus duoꝝ contrarioꝝ. ⁊ erit ꝓhibitio possibilitatis apud eos etiam maior. Non est ḡ possibile apud illos in vno loco vt eclypseť sol in mēse vno duab⁹ vicibus: neq; in aliquo locoꝝ terre. Apud illos vō in duobus locis oppositis diuersis iam est possibile illud. sed tm̄ non est possibile, vt sint terre vnius habitabilis. Et illud est qđ oportuit nos demōstrare.

¶ Capitulū septimū De artificio lineationis tabularū eclypticarum.

QUas vō lōgitudinū applicationum conueniat nobis assumere in inquisitione eclypsium: iam est declaratū per illud quod diximus. Sed qualiter iam cognita fiāt tēpora media q̄ sunt applicationū: ⁊ acceptus fuerit cursus lune in eis, in applicationibus quidē coniunctionalibus, que videnť: ⁊ in applicationibus opposi


tis verificatis cum sciētia loci lune in latitudine. ⁊ qualiter possimus inquirere de eo breui
ter: ⁊ de applicationibus eclypticis, que ꝓculdubio erunt. ⁊ qualiter sciant eaꝝ magnitudi-
nes: ⁊ tēpora tenebrarum earum: Jam posuimus ad cognoscendū illud tabulas: eclypsium
quidem solarium tabulas duas: ⁊ eclypsium lunarium tabulas duas. Et posuimus illud
cum fuerit luna in longitudine sua maiore: ⁊ in lōgitudine sua minore. Et posuimus super
fluitatem additionū tenebrarum sm partem ⁊ partem duodecimā diametri que obscurat
cuiusq; duoꝝ luminarium. ¶ Primā vo tabulā (que est eclypsium solariū: continētem ter
minos eclypticos qui erunt cum fuerit luna in lōgitudine sua maiore) describā sm vigin-
tiquinq; areas: ⁊ sm quattuor tabulas. Et erunt due prime tabule harū quattuor, continē
tes cursum lune qui videtur in latitudine in orbe declivi in vnaquaq; tenebrarū. Et quia
diameter quidem solis est. 31. minuta ⁊. 20. secunda. et de diametro quidē lune iam osten
sum est: ꝙ cū fuerit in lōgitudine sua maiore: erit sm illā quātitatē. 31. minuta ⁊. 20. secū-
da: Propter hoc cum fuerit lōgitudo cētri lune que videtur: a centro quidem solis in orbe
magno descripto sup duo cētra. 31. minuta ⁊. 20. secunda: ⁊ a nodo quidē in orbe suo de-
cliui (sm proportionē cuius iam premisimus narrationē) sex partes: erit tūc primū ꝙ cōtin
get luna solem. In areis vo primis duarum tabularū ponā: in prima quidem. 84. partes: et
in secunda. 276. partes. Sed in postremis areis, in tabula quidem prima etiam. 96. par-
tes: ⁊ in secunda etiam. 264. partes. Et quia portio vnius partis duodecime diametri so-
lis orbis decliuis est. 30. minuta partis vnius fere: posuimus hic. 30. minuta ipsam super-
fluitatem, que additur ⁊ minuitur in his duabus tabulis. Et incipiam in eis ab extremis
areis vsq; ad mediū earum. ⁊ firmabo in medio earum. 90. partes: ⁊. 270. partes. Et ponā
in tabula tertia magnitudinē quantitatum tenebrarū. In areis quidē, que sunt in extremi-
tatibus: ponā contactum cifre ⁊ cifre. ⁊ in eis quidē areis que sequunt post eas digitū vnū
in loco vnius partis duodecime diametri. ⁊ silr in areis que residue sunt. Et ponā additio
nes earum sm digitum vnum: donec perueniat ad aream mediam, que est ad quā ꝑuenit
numerus. 12. digitoꝝ. Et ponam in tabula quarta trāsitus centri lune, qui erunt in totis te
nebris: ita ꝙ non computabunt cum eis que accidunt illi ex motibus solis: aut que accidūt
ex diuersitatibus aspectus lune. ¶ Et ponā in differentia secunda (que est eclypsium sola-
rium continente terminos eclypticos, qui erunt in longitudine lune minore) sicut qđ est in
differentia pma. sed illud in vigintiseptem areis: ⁊ quattuor tabulis. Et quia iam ostensum
est: ꝙ medietas diametri lune in longitudine sua minore est. 17. minuta ⁊. 40. secunda: sm
quantitatem qua erit medietas diametri solis. 15. minuta ⁊. 40. secunda: Tūc cum luna pri
mum contigerit solem: erit longitudo cētri lune que videt, a cētro quidē solis. 33. minuta
⁊. 20. secunda partis vnius. ⁊ ab vno duorum nodoꝝ in orbe decliui sex partes ⁊. 24. minu
ta. Erūt ergo numeri latitudinis que videtur, in areis que sunt in extremitatibus: qui sunt
83. partes ⁊. 36. minuta: ⁊. 276. partes ⁊. 24. minuta. ⁊ etiam. 96. partes ⁊. 24. minuta: et
263. partes ⁊. 36. minuta. Numerus autem qui est in medio digitoꝝ (ꝓpter superfluitatem
additionum similem) est. 12. digiti: ⁊ quattuor quinte digiti vnius. ⁊ tunc erit trāsitus mo-
re. ¶ Ponā autem vnamquāq; duarum differentiarū eclypsium lunarium in quadragin-
taquinq; areis: ⁊ in quinq; tabulis. Et ponā in differentia prima numeros latitudinis: cū
fuerit luna in longitudine sua maiore. Et quia iam ostensum est ꝙ medietas diametri lu-
ne cum fuerit in longitudine sua maiore erit. 15. minuta ⁊. 40. secūda. ⁊ medietas diametri
vmbre sm illā quātitatem. 40. minuta. ⁊. 44. secūda. ergo cū primū tanget luna vmbrā: erit
longitudo centri eius a centro vmbre in orbe magno descripto super duo centra. 56. minu
ta ⁊. 24. secūda. ⁊ a duobus quidē nodis i orbe decliui decē partes ⁊. 48. minuta. Firmabi
mus igit super areas primas numerū. 79. partiū ⁊. 12. minutorū: ⁊ numerum. 280. partiū
⁊. 48. minutorū. Et super areas quidē postremas numerum. 100. partiū ⁊. 48. minutorum
⁊ numerum. 259. partiū ⁊. 12. minutoꝝ. Et ꝓpter hoc fit superfluitas additionū eaꝝ ⁊ dimi
nutionū in principio sm portionē que debetur vni parti duodecime diametri lune: que erit
tūc. 30. minuta. ¶ Et ponā in differentia secūda numeros latitudinis: cum fuerit luna in lō
gitudine sua minore. de qua iam ostensum est ꝙ medietas diametri lune (cum fuerit in lon-
gitudine sua minore) erit. 17. minuta ⁊. 40. secūda. ⁊ medietas diametri vmbre erit sm illā
quātitatē. 45. munita ⁊. 56. secūda. Quapp cum primum luna contingerit vmbrā: erit tunc
longitudo centri eius a centro quidē vmbre pars vna ⁊ tria minuta ⁊. 36. secūda. ⁊ a nodo
quidē in orbe decliui. 12. partes. ⁊. 12. minuta. Quapp firmabimus super primas areas nu-
merū. 77. partium ⁊. 48. minutoꝝ: ⁊ numerū. 282. partiū ⁊. 12. minutoꝝ. Et sup postremas
areas numerū. 102. partium ⁊. 12. minutoꝝ: ⁊. 257. partiū ⁊. 48. minutorū. Et ponā supflui
tatem additionū earum ⁊ diminutionū sm portionē que conuenit vni parti duodecime dia
metri lune. que tūc ē. 34. minuta. Et ponam tabulas tres (que sunt digitoꝝ) sm similitudinē
modi solaris. Et similiter tabulas que sequūt illō: cōtinentes trāsitus lune in vnaquaq; tene
brarum: ⁊ trāsitus cuiusq; principiorū casus ⁊ cōplementi eius: ⁊ etiam medietatem more


ET imaginabimur in vnaquaq; tenebrarum trāsitus lune positos ſm lineas mēsu
rabiles. ⁊ accipiemus demōstrationes in hoc ſm ꝙ sint in supficie vna ⁊ linee re-
cte. Arcuū enim quoꝝ magnitudo quantitatū nō est nisi ad similitudinē quantita
tis huius: nō diuersificant quātitates quātitatē chordarum eoꝝ ſm quātitatem
sensibilem. neq; etiā diuersificat transitus lune in orbe decliui trāsitū ipsius q̄ videt̄ in orbe
signoꝝ diuersitate cui sit quātitas. Nō ḡ estimēt aliqui ꝙ nos ignoremus illud. Et penitus
dico ꝙ iā erit diuersitas in trāsitu lune in longitudine ꝓpter hoc ꝙ accepimus arcus orbis
decliuis loco arcuū orbis signoꝝ. ¶ Et q̄ non est possibile vt sint tp̄a applicationū similia
tēporib⁹ medijs eclypsium ſm equalitatē nō diuersa: Si nos enim acceperimus a nodo.a.
duos arcus equales hoꝝ duoꝝ orbium.s. arcū.a.b. ⁊ arcū.a.g. ⁊ protraxerimus arcu;.b.g. ⁊
ꝓduxerimus a puncto.b.ꝑpendicularē ad lineam.a.g. que sit.b.d. tunc ex hoc declarabitur:
ꝙ cū fuerit luna sup punctū.b. ⁊ acceperimus arcū.a.g. orbis signoꝝ loco arcus.a.d. ꝓpter h̄
ꝙ transitus lune qui vident̄ apud orbē signoꝝ non vident̄ nisi in orbibus descriptis super
duos polos eius: erit diuersitas declinatiōis orbis lunaris ſm arcū.g.d. Et cū nos etiā ima-
ginati fuerimus solē aut centrū vmbre sup punctū.b. erit tēpus quidem applicatiōis absq;
diuersitate orbiū: cum fuerit luna sup punctum.g. ⁊ inter tēpus quidez medie eclypsis: cum
fuerit sup punctū.d. ꝓpter h̄ ꝙ tēpora media que sunt tenebrarū etiam nō vident̄ nisi in or
bibus descriptis super duos polos orbis lunaris: erit diuersitas inter hoc tempus et inter
tēpus applicationis.s. ſm arcum.g.d. Et illud est qđ oportuit nos demonstrare.




CAusa autē que prohibet nos cogitare in istis arcubus in partitionib⁹ libri nostri
est: ꝙ ipsi sunt parui: ⁊ eoꝝ diuersitas nō est sensibilis Ignorare vō aliqđ istorum
vel hoꝝ similiū est turpe: dimissio tñ illius ꝓpter vilitatē eius ex industria est ꝓp
difficultatē ipsius in diuisione capituloꝝ numeratiōis. Scđm quantitatē vō qua
possibile est videre in modis ⁊ cōsiderationibus in vtilitate quidez que ꝓuenit ex sc̄ia eius:
est magnū in sensu. In errore vō eoꝝ que vident̄: aut nunq; erit error: aut si fuerit: erit pexi-
guus. Dico autē penitus: ꝙ arcū similē arcui.g.d. non inuenimus plus quinq; minutis ꝑtis
vnius. ⁊ illud declarat̄ per capitulū: quo sciuimus diuersitatē: que est inter diuersitatē: que
est inter arcus equatiōis diei ⁊ inter arcus orbis signoꝝ: sicut qđ est in orbibus descriptis su
per duos polos equatiōis diei. In eclypsibus autē non inuenimus ipsum plus duobus mi
nutis. qm̄ ſm quātitatē qua erit vnusquisq; duoꝝ arcuū.a.b. ⁊.a.g. duodecem partes: trāsi-
tuum enim lune qui erunt in eclypsibus fines nō sunt nisi vt ꝓueniant ad hāc fere quantita
tem: erit linea.b.d. pars vna fere. Quapropter erit.a.d. ſm illam quātitatē vndecē partes ⁊
58. minuta. Et restat vt sit.d.g. residua duo minuta. ⁊ illud est qđ nō erit ꝑs sextadecima ho
re vnius equalis. Perscrutari autē subtilitatem in quantitate huicsimili nō est nisi extollen
tia ⁊ vana gloria. ⁊ neq; est dilectio veritatis. ⁊ ꝓpter hoc posuimus qđ scripsimus ex transi
tibus lune in his tenebris ac si inter orbes nō esset diuersitas sensibilis.

PErvenimus vō ad hanc cogitationē etiā in exēplo vno: aut in duobus: q̄ continen
tur in eo qđ narrabo. Sit itaq; cētrū solis aut centrū vmbre punctū.a. ⁊ linea que
erit loco arcus orbis lunaris.b.g.d. Et sit punctū.b. centrum lune cū primū contin-
git solem aut vmbrā. Et sit punctū.d. sepatum. Et cōiungā duas lineas.a.b. ⁊.a.d.
⁊ ꝓducā ꝑpēdicularē ab.a. sup lineā.b.d. supra quā sint.a.g. Manifestū ē igit̄: ꝙ cū fuerit cē
trum lune sup punctū.g. tunc erit tēpus mediū qđ est eclypsis ⁊ tenebre maioris: ꝓpter hoc
ꝙ linea.a.b. est equalis linee.a.d. ⁊ ꝓpter hoc erit trāsitus.b.g. equalis.g.d. ⁊ propter hoc ꝙ
linea.a.g. est breuior oībus lineis que protrahunt̄ ad lineā.b.d. ⁊ aggregat duo centra: ⁊ ma
nifestū est ꝙ vnaqueq; duarū linearum.a.b. ⁊.a.d. cōtinet medietates diametroꝝ lune qui-
dem ⁊ solis: ⁊ lune quidē ⁊ vmbre. ⁊ linea.a g. est breuior vnaquaq; earū ſm partē diame-
tri eclypsati quā continet tenebra diametri in qua est eclypsis. ¶ Et q̄ hoc est vt diximus:
faciemus ad hoc exēplum. ⁊ ponemus tenebrā tres digitos. ⁊ sit punctū.a. imprimis centrū
solis. cū ḡ fuerit luna in lōgitudine maiore: erit linea.a.b. 31. minuta ⁊. 20. scđa. ⁊ quadra-
tum eius. 981. secūda ⁊. 47. tertia fere. Et linea.a.g. erit ſm illā quātitatē. 23. minuta ⁊. 30
secūda. ipsa enim est breuior.a.b. ſm tres duodecimas partes diametri solis.s. ſm septē mi
nuta ⁊. 50. secūda. ⁊ quadratū.a.g. est. 552. secūda ⁊. 15. tertia. Quapropter erit quadratū
b.g. ſm illam quātitatē. 429. secūda ⁊. 32. tertia. ⁊ erit lōgitudo.b.g. 20. minuta ⁊. 43. secū-
da fere. ⁊ illud est qđ ponā in ꝑma differentiarū solarium oppositū tribus digitis in quarta
tabula. Cū autē fuerit luna in longitudine minore: erit etiā linea.a.b. 33. minuta ⁊. 20. secū
da. ⁊ quadratū eius mille ⁊ cētum ⁊ vndecem secūda ⁊ septem tertia. Et erit linea.a.g. ſm il-
lam quantitatē. 25. minuta ⁊. 30. secūda. ⁊ quadratū eius. 650. secūda ⁊. 15. tertia. Et qua-
dratū.b.g. residue erit quadringēta ⁊ sexaginta secūda ⁊. 52. tertia. lōgitudo igit̄ linee.b.g.
erit ſm illā quātitatē. 21. minuta ⁊. 28. scđa. ⁊ illud est qđ firmauim⁹ in differentia q̄ est se
cūda differentiarū solariū oppositum tribus digitis in tabula q̄rta. ¶ Sit etiā centrū vm-
bre punctū.a. ⁊ locus tenebre in diametro lune. erit ḡ linea.a.b. in longitudine lune maiore








56.minuta ⁊.24.secūda.⁊ quadratū ei⁹.3180.secūda ⁊.58.tertia.Et linea.a.g.erit ꝫm illā quantitatem.48.minuta ⁊.34.secūda.Est nāq; breuior.a.b. ꝫm quartam diametri lune.s. ꝫm minuta q̄ sunt in illa lōgitudine.s.que sunt septē minuta.⁊.50.secūda.⁊ erit quadratuꝫ linee.a.g.2358.secūda ⁊.43.tertia.Et restat vt sit quadratū.b.g.822.secunda ⁊.15.tertia. ⁊ erit lōgitudo linee.b.g.ꝫm illā quātitatem.28.minuta ⁊.41.secūda.⁊ illud est qd̄ firmaui mus in p̄ma differētiarū lunariū oppositū tribus digitis in tabula q̄rta.⁊ est cōtinens trāsi tum lune in casu suo in tenebrā. que est in sensu cōplementū tenebre. In lōgitudine autē lu ne minore erit linea.a.b.63.minuta ⁊.36.secūda. ⁊ q̄dratū eius erit.4044.secūda ⁊.58.ter tia.Et linea.a.g.erit ꝫm illā quantitatē.54.minuta ⁊.46.secūda.Supfluitas igitur q̄ ē inter eas:est octo minuta ⁊.50.secūda:q̄ sunt etiam q̄rta diametri lune:q̄ est in lōgitudine mino re.⁊ erit quadratū linee.a.g.2999.secūda ⁊.23.tertia.Et remanet vt sit q̄dratum linee.b.g. 1045.scd̄a ⁊.35.tertia.lōgitudo g̊.b.g.ꝫm illā quātitatē erit.32.minuta ⁊.20.scd̄a.⁊ illud est qd̄ firmauimus oppositū tribus digitis in tabula q̄rta differentie q̄ est secunda differen tiarū lunarium.Et illud est qd̄ nos oportuit demōstrare.


t postq̃ narrauimus i dictionibus que hanc precedunt dictionem: ea que accidunt in sphera recta ⁊ in sphera declini: ⁊ etiã que accidũt in modis motuum solis ⁊ lune: ⁊ quod videtur in eis ex figuris: ſm ꝙ oportet. Incipiemus nũc ſm ꝙ simile est dispositione ordinum ex ordinatione orbium ⁊ qui se ad inuicem sequũtur in hac scientia loqui de stellis. Sed propter illud quod sequitur ex dispositionibus: incipiemus prius loqui de stellis: que nominantur fixe non mobiles. Ante oĩa vo premittemus vt nominemus eas. Sed propter hoc quidẽ ꝙ stelle oẽs videntur comitari semp figuras suas fixas longitudinibus quãtitatum que sunt inter eas similibus eq̃lis motus: est decens vt nominentur fixe non mobiles. Et ꝓpter hoc quidẽ ꝙ sphere eaꝝ in qua ipse sunt sicut solidate nate in ea: videtur motus localis comitãs ipsam: proprius ei ſm mensurationem vnã ad ↄtinuitatẽ signoꝝ ⁊ ad oriẽtẽ ↄcõtrario motus totius: nõ oportet vt nominetur sphera fixa nõ mota. Ipsa enĩ est mota versus orientem. Nos nãq̃ ita reperimus vnãquãq̃ harum duarũ intentionũ ꝑ ea que vidim⁹ in hoc tẽpore longo: ⁊ ex eis que iam estimauit Abrachis ante nos per ea q̃ vidit de hijs duabus intẽtionibus in longitudine tẽporis: ꝙ non est nisi cogitatio ⁊ estimatio: neq̃ sunt cõprehense. Ipse enim nõ reperit nisi consideratiões valde paucas fuisse ante eum stellarũ fixarum non currentiũ: neq̃ reperit nisi cõsiderationes Arsatilis ⁊ Timocharidis scriptas tñ. que quidẽ non sunt absq̃ dubitatione: neq̃ sunt verificate. Nos autẽ cum considerauerimus qȯ videtur in nostro tẽpore ad ea que fuerunt tunc: per eas inuenimus tunc rem cõprehensam vnam. Et q2 illud qȯ scripsit Abrachis de stellis fixis non retrogradis: ⁊ cõsiderauit ⁊ inquisiuit de eis: fuit ex tẽpore lõgo. Factũ est ꝙ ipse verificauit ⁊ firmauit ⁊ ꝑduxit nos ad ↄsiderãdũ ꝑ illud ſm oẽm finẽ: ⁊ ꝙ vsq̃ ad hãc horã nõ sũt vise alterari a locis suis. sed ille figure quas cõsiderauit Abrachis: vidẽtur vsq̃ hodie nõ diuersificate a locis suis. Et neq̃ stellarum que sunt in orbe signoꝝ tñ quedam apud quasdã ita se habẽt: sed ille que sunt apud orbẽ signoꝝ apud eas que sunt extra ipsum etiã. Jam autem esset ex eis que acciderẽt si forent stelle que sunt in orbe signoꝝ tñ ſm modum primũm quẽ posuit Abrachis: ⁊ foret earũ motus localis ad successionem signoꝝ: vt essent stelle que sunt in orbe signoꝝ apud stellas que sunt extra orbẽ signorum elongate ab eis. Ita ergo declarabitur oĩ volenti inquirere ⁊ cõsiderare in eo ſm dilectionem veritatis: si fuerit qȯ videtur nunc: cõueniens ei qȯ scripsit Abrachis ⁊ affirmauit hic propter experimentum breue minimum qȯ ipse scripsit ſm plurimum qȯ possibile fuit vt esset notum. ⁊ vt aggreget oẽm considerationem earũ per ea quibus declarauit ex figuris quas cõtinent stelle que sunt extra orbem signoꝝ ſm figuram vnam aliarũ apud illas ⁊ apud stellas que sunt in orbe signoꝝ. Ipse.n. affirmauit in eis que scripsit de stellis que sunt in cancro: ꝙ stella que est in labio meridiano cancri ⁊ stella lucida que precedit hoc labiũ dicta spondilis serpẽtis: ⁊ precedit caput serpẽtis. ⁊ stella lucida que est ex stellis canis sumersi.s. hee stelle sunt in linea recta fere. medie tñ earum diuersificatur aspectus a linea ad orientem ⁊ septẽtrionem quãtitate digiti vnius ⁊

medietatis. Longitudines ṽo que sunt inter eas sunt eq̃les. ¶ Et scripsit de stellis que sunt in leone: ꝙ due quattuor stellarũ que sequũtur orientem: ⁊ stella que noĩatur spondilis serpentis: ⁊ est in gibbositate gule sepentis: sunt super rectã lineam. Et scripsit etiam ꝙ linea extensa super caudam leonis ⁊ super stellam q̃ est in extremitate caude vrse: ⁊ est benennasci: declinãs a stella apparente que est sub cauda vrse ⁊ sub cauda leonis: est aggregatio antecedentium stellarũ que nominãtur motores. ¶ De eis ṽo que sunt in virgine: ꝙ in eis q̃ sunt inter pedẽ virginis septentrionalẽ ⁊ inter pedẽ vlulantis sinistrum: sunt due stelle. quarum vna lucida est meridionalis: que est similis pedi vlulantis. ⁊ est ei diuersitas aspectus super lineam rectã descriptam super duos pedes ad orientẽ. ⁊ altera est septẽtrionalis que est medietas apparẽtis. que ambe sunt sup̱ lineam rectam oppositã linee duorum pedum. ⁊ precedit vna harũ duaꝝ: que est medietas apparẽtis: duas stellas apparentes facientes cũ medietate apparẽtis triangulũ duoꝝ eq̃liũ laterũ: cuius caput est medietas apparentis. ⁊ he stelle sunt sup̱ lineã rectã oppositã aschimech arachmech. i. lanceatori. ⁊ pedi virginis meridiano Et etiã ꝙ in eis que sunt inter aschimech alahazel. i. inermẽ. ⁊ inter secũdã extremitatis caude earum que sunt in spõdilibus serpẽtis sunt tres stelle super lineam rectam adinuicem. ⁊ media earum opponiť aschimech inermi: ⁊ opponiť secunde extremitatis caude serpentis. ¶ Et de stellis que sunt in libra: ꝙ stella q̃ opponiť stellis lucidis que sunt ad septentrionẽ ex stellis libre fere est stella lucida. ⁊ ab vnaquaq; parte duoꝝ laterũ est stella parua opposita ei. ⁊ facit lucidã cũ eis figuram triangularẽ. ¶ De stellis aũt scorpionis: ꝙ linea recta descripta super stellã orientalem ex eis que sunt in centro scorpionis ⁊ sup̱ genu dextrum delatoris serpentis secat longitudinẽ que est inter duas stellas precedentes que sunt in pede dextro latoris serpentis. Due enim spõdiles spine scꝫ quinta ⁊ septima sunt super lineam rectam oppositam stelle lucide que est in medio laris. Et etiã ꝙ stella septentrionalis earum q̃ sunt in basi laris est opposita spõdili spine quinte fere in eis q̃ sunt inter eas ⁊ inter eam que est in medio laris. longitudo nãq; eius ad vnãquãq; eaꝝ est propinqua equalitati. ¶ Et de stellis que sunt in sagittario: que sunt due stelle earum que sequunť orientẽ ⁊ meridiem circuli qui est sub sagittario lucide apparẽtes. quarũ longitudo que est inter eas ſm oculum ẽ sicut quãtitas trium cubitoꝝ. quarum meridionalis que est luminosior eis: est super pedem sagittarij: ⁊ est opposita ſm lineã rectam fere medie triũ apparentium lucidarũ ex eis q̃ sunt in circulo in quo ipse sunt ad illud q̃ꝺ sequitur orientem ⁊ opponitur secũde orientalium ex eis que sunt in quadrato q̃drilatero. quarum quedã opponũtur alijs ab angulis. ⁊ due longitudines que sunt inter eas sunt semper eq̃les. ⁊ septẽtrionalis earũ est que habet diuersitatẽ aspectus ab hac linea ad orientẽ ⁊ opponitur stellis lucidis que opponũtur angulis in quadrato habẽte q̃ttuor latera. ¶ De stellis ṽo que sunt in aquario ꝙ due stelle ꝓpinque in capite equi q̃ sunt euacuatoriũ aquarij precedens: ⁊ stella que est in humero aquarij q̃ꝺ subsequitur: sunt sup̱ lineam rectã fere. ⁊ illa linea equidistat linee que est a spatula aquarij precedẽte ad illam que est in mandibula equi. ⁊ etiã ꝙ stella que est in humero aquarij p̃cedente ⁊ stella lucida duarũ stellarũ que sunt in gula equi ⁊ illa q̃ est in sumine equi: sunt sup̱ lineam vnã rectam ⁊ earũ longitudines sunt eq̃les. Linea autẽ descripta super muscidam equi: ⁊ super eã que sequiť oriẽtem ex q̃ttuor que sunt in pectore eius: secat lineã descriptã sup̱ duas stellas ꝓpinquas q̃ sunt in capite equi in duo media ⁊ orthogonaliter fere. ¶ De eis autẽ que sunt in pisce: ꝙ stella que est sup̱ muscidam piscis meridionalis: ⁊ lucida que est in duobus humeris equi ⁊ lucida q̃ est in pectore equi sũt sup̱ lineã rectã. ¶ Et de eis q̃ sunt in ariete: ꝙ ea que p̃cedit basim trianguli ad partẽ orientis cuius fit diuersitas aspectus super lineã descriptã sup̱ stellã que est in muscida arietis ⁊ super pedẽ sinistrum mulieris digiti vnius. ⁊ etiã ea que precedit eas q̃ sunt in capite arietis ⁊ portionẽ medietatis basis triãguli sunt sup̱ rectã lineã. ¶ Et de his que sunt in tauro: ꝙ stelle que sequũtur orientem ex eis q̃ sunt in aldebarã. i. vespa. ⁊ stelle q̃ sunt extra pellẽ excoriati: q̃ sunt in manu sinistra ex stellis audacis: q̃s numerãt a septẽtriõe sup̱ oculũ p̃cedẽtẽ tauri ⁊ sup̱ stellã septẽtriõalẽ septimã a p̱te septẽtrionis ex eis q̃ sũt in pelle excoriati: separãť a stella lucida q̃ est ex eis q̃ sunt in aldebarã ad p̱tẽ septẽtrionis quãtitate digiti. ¶ De eis ṽo q̃ sunt in geminis: ꝙ sup̱ caput geminoꝝ est stella super lineam rectã posterior capite ſm triplũ longitudinis que est inter duo capita. illa autẽ opponiť stellis meridionalibus q̃ttuor nubilosarum: que sunt in sumine. He igiť figure ⁊ earũ similes continent oĩa que considerãtur ex eis que sunt in sphera. ⁊ nõ videmus vsq; ad hanc diem hanc figurã earum alterari ab habitudine sua. ⁊ illud est q̃ꝺ oportuit vt accideret ⁊ vt esset manifestũ in sensu in eis que sunt inter istos. 260. annos: si esset motus localis ad oriẽtem his stellis que sunt in orbe signorum tñ.

NOs autẽ ponemus sequentibus post nos plures figuras que sunt similes istis: vt subtiliter intueãtur ⁊ cõsiderent eas in eo q̃ꝺ prolongať ex tẽpore. ⁊ addemus ex eis que nõ firmãtur in libro antiquo: sed ex eis que nostris tẽporibus cõsiderauimus ⁊ cõsiderationibus nostris. ⁊ ſm quãtitatem qua possibile est vt sit planius eis. Incipiam ṽo in eo a stellis que sunt in ariete. Dicã ergo ꝙ due stelle septẽtrionales que

ſunt ex tribus q̄ ſunt in capite arietis: ⁊ ſtella lucida q̄ eſt in genu equitis ſeptētrionali: ⁊ nominaꝛ dn̄s enſis ⁊ captis: ⁊ ea que nominaꝛ albaioch: ſunt ſuper lineā rectam. ⁊ etiam linea deſcripta ſuper albaioch ⁊ ſuper lucidā ex aldebarā declinat a ſtella que eſt in pede antecedente albaioch ad orientē parum. ⁊ ſtella que nominaꝛ caper ⁊ nominaꝛ albaioch ⁊ ſtella cōis cōicans pedi tenentis habenas ſequēs ⁊ extremitati albaioch qui ſequiꝛ: ⁊ extremitati cornu tauri ſeptētrionalis: ⁊ illa que eſt in humero antecedēte audacis ſunt ſup lineā rectā. ⁊ etiā ſtelle lucide q̄ ſunt ſuper caput geminoꝝ: ⁊ ſtella lucida que eſt in gula ſerpētis diaboli ſunt ſup lineā rectā fere. Due quoqꝫ ſtelle propinque que ſunt in pede antecedēte vrſe: que noīaꝛ benēnaſci: ⁊ ſtella q̄ eſt in extremitate labij.i. lācis cācri ſeptētrionalis: ⁊ ſeptētrionalis q̄ eſt ex aſello: ſiue ex duobꝰ audacibus: ſunt ſup lineā rectā fere. Et ſilr̄ audax meridianꝰ: ⁊ oriētalis q̄ ē in cane ſubmerſo algameiſa ⁊ apparēs q̄ eſt inter eas: ⁊ eſt ea q̄ p̄cedit ſtellā q̄ nominaꝛ ſpina ſerpētis: ſunt ſuper lineā rectam fere. Linea quoqꝫ que eſt a ſtella lucida media ſtellarū que ſunt in gula leonis ad ſtellam lucidam que eſt in ſpina ſerpentis: declinat a ſtella que eſt in corde leonis ad orientē parum. ⁊ linea que eſt a ſtella lucida que eſt in lumbo leonis ad lucidā que eſt in termino littoris poſteriori q̄ eſt in coxa vrſe vel ſequenti poſteriori ⁊ eſt meridionalis a lateribus q̄ ſequūtur orientem habētis q̄ttuor latera declinat a duabus ſtellis propinquis q̄ ſunt in extremitate pedis qui ſequiꝛ vrſe ad occidentē parum. Et etiā linea que eſt a ſtella q̄ eſt in poſtremo coxe virginis ad ſecūdam extremitatis caude ſerpētis: que eſt ex ſpina eius: declinat ad occidētem parū a ſtella virginis. ⁊ ē aſchimech.i. inermis alabazel. Et linea que eſt ab aſchimech inermi ad ſtellam que eſt in capite virginis ſcꝫ alangue recedit ab aſchimech lanceatore ad orientē parū. Aſchimech v̄o inermis ⁊ due ſtelle que ſunt ſuper duas alas corui ſunt ſuper lineā rectam. Et aſchimech inermis: ⁊ ſtella que eſt in poſtremo coxe virginis: ⁊ lucida ſeptētrionalis triū que ſūt in nare coxe antecedēte vlulātis: ſunt ſuper lineā rectā. Et etiā due ſtelle lucide que ſunt in libra: ⁊ ſtella q̄ eſt in extremitate caude ſerpētis ex ſpina ſua ſunt ſuper lineā rectam fere. Et ſtella lucida que eſt in labio meridiano: ⁊ aſchimech lanceator: ⁊ media triū que ſunt in cauda vrſe: ⁊ eſt benennaſci.i. vrſa maior ſunt ſup lineā rectā. Et ſtella lucida q̄ ē in labio ſeptētrionali: ⁊ aſchimech lanceator: ⁊ ſtella que eſt in poſteriore coxe vrſe ſunt ſuper lineā rectam. Et etiā ſtella que eſt ſuper narē cruris qd̄ ſequitur ex latore ſerpētis: ⁊ ea que eſt in ſpondili quinta ſcorpionis: ⁊ precedens duarum ſtellarū propinquarum que ſunt in ſpinis eius ⁊ ſunt alſuuleti ſunt ſuper lineā rectā. Et ſtella antecedēs trium que ſunt in pectore ſcorpionis: ⁊ due ſtelle que ſunt in duobus genibus latoris ſerpentis faciunt figuram triangulam duoꝝ equalium laterū: cuius corpus eſt antecedens trium que ſunt in pectore. Stella quoqꝫ que eſt ſup calcaneū ſagittarij antecedens meridionale que eſt magnitudinis ſecūde in quātitate. ⁊ ſtella q̄ eſt ſup baſtulā ⁊ ſtella q̄ eſt i genu qd̄ ſequiꝛ latoris ſerpētis ſunt ſup rectā lineā. Et ſtella q̄ eſt i genu huius pedis ſagittarij ⁊ opponiꝛ corone ſiue eſt ꝓpinq̄ corone: ⁊ eſt alfecatu: ⁊ ſtella que eſt ſuper baſtulam: ⁊ ſtella que eſt in genu precedente latoris ſerpentis ſunt ſuper lineam rectā. Linea quoqꝫ cōtinua a ſtella lucida que eſt in vulture cadente ad ſtellas q̄ ſunt ſuper duo cornua capricorni declinat a ſtella lucida que eſt in vulture volante ad orientem parum. Et linea que eſt a ſtella lucida que eſt in vulture volāte ad ſtellā que eſt in muſcida piſcis meridionalis: que eſt in quantitate p̄ma magnitudinis: ſecat longitudinē que ē inter duas ſtellas lucidas que ſunt ſup caudam capricorni in duo media fere. Et etiam linea que eſt a ſtella que eſt in muſcida piſcis meridiani: que eſt magnitudinis p̄me in quantitate ad ſtellam que eſt in muſcida equi declinat a ſtella lucida q̄ eſt ex eis que ſunt in humero aq̄rij qui ſequiꝛ ad orientem parum. Due quoqꝫ ſtelle q̄ ſunt in oribus duoꝝ piſcium meridionales: ⁊ due precedentes habētis quattuor latera qd̄ eſt in equo ſunt ſuper lineā rectam. Has quoqꝫ figuras ſi quis voluerit compare ad ea que poſuit Abrachis de ſtellis in ſphera corporea: ⁊ ad naturā que eſt in eis: inueniet loca earū in ſphera: illa loca que fuerūt tunc ſm̄ illam conſiderationē fere: ſm̄ ꝙ ipſe ſcripſit. Ex hoc ergo qd̄ diximus: ⁊ que ſunt eis ſimilia: ē poſſibile ſcire: ꝙ motus omnium ſtellarum que nominantur fixe non currentes eſt motus vnus. ⁊ proportio longitudinis que eſt inter quaſdam earum ad alias eſt proportio vna.

¶ Capitulum ſecundum de hoc qd̄ ſphere ſtellarum fixarum ineſt motus ad partem ſucceſſionis ſignorum.

Declaratur autē nobis ꝙ ſphere earū motus ineſt ei proprius econtrario motus totius.ſ. motus orbis magni deſcripti ſuper polos amboꝝ orbium orbis eq̄tionis diei ⁊ orbis ſignorum: ꝓpter hoc ꝙ illarū ſtellarum earūdem nō fuerunt longitudines a punctis duoꝝ tropicorū ⁊ duarum eq̄litatū: tunc ⁊ in noſtro tēpore longitudines vne. ſed inuenimus lōgitudines quanto plus antiquanꝛ ān̄i

plures longitudinibus primis fm successionem signorum ab illis punctis. Abrachis nanqꝫ dixit in libro suo quem edidit de localibus motibus earum a punctis duorum tropicorum et duarum equalitatum: vbi posuit eclypses lunares fm considerationes suas subtiles: ⁊ veras: ⁊ per considerationes eorum qui fuerunt antiquiores eo: sicut fuit consideratio Timocharidis: ꝙ longitudo stelle aschimech inermis precedit a puncto vernali ad partem conuersionis signorum in annis quidem suis: ⁊ tempore suo fuit sex partes. In annis vͦo Timocharidis fuit octo partes fere. Et similiter dixit ꝙ aschimech inermis precedit punctum vernale in longitudine signorum in eo ꝙ antiquatur ex tempore octo partibus: ⁊ in eo quidem quod est nunc sex partibus. In eo vͦo quod sequitur nunc hoc ex sermone suo in eis que cōparauit et considerauit de stellis fixis alijs: declaratur ꝙ hec longitudo est ad partem successionis signorum. Et similiter illud quod nos inuenimus de longitudinibus stellarum fixarum a punctis duarum equalitatū ⁊ duorum tropicorum quando comparauimus ipsum ad sermonem considerationis Abrachis: et ad illud quod ipse posuit in libro suo: et inuenimus ipsum fm quantitatem huius motus localis ad partez successionis signorum. Nos vͦo fecimus considerationes nostras et inquisitiones nostras pro hoc per instrumentum quod accepimus ad considerationes longitudinum que sunt inter solem et lunam in vnaquaqꝫ partium orbis signorum. Per vnam quidem duarum armillarum fecimus considerationem nostram ⁊ equationem eius cuius voluimus comprehensionem in hora considerationis transitus lune qui videtur in ea: ⁊ alteram quidem armillam reuoluemus ad stellā que videtur: vt videamus per ipsam simul lunam ⁊ stellam. s. vnamquamqꝫ earum in proprietate loci sui. et similiter ex longitudine que est inter lunam et vnamquamqꝫ stellarum lucidarum sciemus loca earum. ¶ Exemplificabo autem vnius earum exemplum. Considerauimus in anno qui est secundus annorum Antonij transactis nouem diebus mensis carmothi. qui est ex mensibus egyptiorum apud occasum solis in alexandria. ⁊ fuit medium celi postrema pars thauri. s. post medietatem diei iomin noni quinqꝫ horis et medietate hore. inuenimus ergo longitudinem lune a sole: quia fuit sol visus in tribus partibus piscis. 92. partes et octauam partis. Et post medietatem hore et occasum solis cum fuit medium celi quartus gradus geminorum. et fuit locus lune in quo ipsa visa est per considerationem instrumenti in loco suo. et fuit visa longitudo stelle cordis leonis a luna per armillam aliam ad partem successionis signorum etiam in orbe medij signorum. 57. partes et. 6. minuta. et fuit sol in principio illius in tribus partibus ⁊ medietate decime partis piscis fere. Fuit ergo tunc locus lune in quo fuit visa: propterea ꝙ eius longitudo fuit tunc a sole. 92. partes et octaua partis ad partem successionis signorum quinqꝫ partes geminorum ⁊ sexta partis fere. Et illud est longitudo quam oportuit esse fm modum quem narrauimus. et oportuit vt esset motus lune in mediate hore ad partem successionis signorum quarta partis vnius fere. ⁊ vt esset diuersitas aspectus eius ad conuersionem signorum addens super locum eius primum fm quantitatem medietatis sexte partis vnius. Fuit ergo locus lune in quo visa fuit post medietatem hore quinqꝫ partes ⁊ tertia partis geminorum. Quapropter fuit locus cordis leonis due partes ⁊ medietas partis leonis. quoniam eius longitudo fuit visa a luna ad partem successionis signorum. 57. partes et. 6. minuta. et fuit eius longitudo a puncto tropici estiualis. 32. partes et medietas. Sed quemadmodum scripsit Abrachis quando considerauit in anno quinquagesimo reuolutionis philippi tertie: fuit longitudo stelle cordis leonis a puncto tropici estiui etiam ad partem successionis signorum. 29. partes ⁊ medietas partis et tertia partis: et fuit longitudo stelle cordis leonis ad partem successionis signorum due partes ⁊ due tertie partis in annis qui sunt in eo: quod est inter considerationem Abrachis vsqꝫ ad primum annorum Antonij: in quo fuit plurimum considerationum nostrarum transituum fixarum stellarum que aggregantur: ⁊ sunt. 265. anni. ⁊ ex hoc inuenimus illud quo elongatur stella per partem vnam ad partem successionis signorū in centum annis fere: sicut iam vidimus Abrachis vidisse in eis que scripsit de magnitudine quantitatis dierum anni. Et similiter propter hanc causam erit motus localis punctorum duorū tropicorum ⁊ duarum equalitatum ad partem conuersionis signorum in anno vno nō minus parte centesima partis vnius. ⁊ oportet vt non sit motus localis earum in trecentis annis minor tribus partibus. Et fm similitudinem huiusmodi cum nos considerauerimus longitudinem aschimech inermis: ⁊ alicuius lucide stellarum: que sunt in orbe medij signorum a luna: alleuiabitur nobis inuentio longitudinum: que sunt inter quasdam earum ad alias: ⁊ erit illud etiam simile illi: quod est in considerationibus Abrachis fere: ⁊ erunt longitudines earum a punctis duorum tropicorum ⁊ duarum equalitatum: scꝫ cuiusqꝫ earum ad partem successionis signorum ille due partes ⁊ due tertie partis semper sicut illud: quod scripsit Abrachis.

¶ Capitulū tertium de hoc qͦd motus stellarum fixarum ad successionem signorum nō est nisi super duos polos orbis medij signorum.

Ex eis vero que prediximus fit apud nos notū: ꝙ sphera stellarū fixarum habet motū localem ad partem successionis signorū: ſm hanc quantitatem quā nominauimus. Post hoc autē oportet vt aspiciamus an super duos polos orbis equationis diei sit iste motus: an super duos polos orbis medij signorū decliuis. Jam ergo possibile est vt declaretur illud propter elōgationem in longitudine. Orbes enim magni descripti super duos polos vnius horū duorum orbium secabūt arcus diuersos ex vnoquoq; eorū: si non fuerit elōgatio in lōgitudine: sc; in longitudine huius tēporis parua omnino. Erit ergo diuersitas q̄ est propter hanc causam cuius premisimus narrationem nō sensibilis. Plurimum vō quo declaraƭ illud nobis: fuit transitus earū in latitudine: tunc ⁊ in nostro tēpore. Nō eni videnƭ nisi comitari semper lōgitudinem illam in latitudine a quocūq; duorum orbiū fuerit: sc; ab orbe equatiōis diei: aut ab orbe medij signoꝝ Manifestum est igiƭ: ꝙ motus sphere stellarū fixarum nō est nisi super duos polos orbis signoꝝ. Sed Abrachis etiā iam vidit ꝙ motus earum est super duos polos orbis decliuis: Ipse nāq; narrauit in libro suo de motu locali punctoꝝ duoꝝ tropicorū ⁊ duarum equalitatū etiā ꝙ aschimech inermis nō remoueƭ a longitudine sua in latitudine nō solū ab orbe equatiōis diei: sed etiā ab orbe medij signoꝝ ex eis que ꝯsiderauit Timocharides: ⁊ ex suis ꝯsiderationibus. ⁊ ꝙ longitudo eius ad meridiē ab orbe signoꝝ fuit due partes in principio illius ⁊ in fine illius. Et propter illud in libro suo sup numerū dierū anni nō scripsit nisi motū qui est sup duos polos orbis medij signoꝝ. cū eo tñ est dubitatio sicut ipse dixit: propter hoc ꝙ ꝯsiderationes que fuerūt: ſm tēpus timocharidis nō sunt credite: qm̄ fuerūt cū instrumento magno valde. ⁊ non fuit diuersitas que fuit in anno: qđ est inter duo tēpora magna: vt ea cōprehenderetƭ certitudo eius cuius inquiriƭ comprehensio ⁊ verificatio. ℭ Nos vō postq̄ inuenimus certitudinē cōsiderationis aschimech inermis in prolixiori illius tēporis ⁊ maiore fere omniū stellaꝝ fixaꝝ. Tunc vere ⁊ certe dico: ꝙ earū motus est sup duos polos orbis decliuis. Nos enim iā inuenimus longitudines in latitudine cuiusq; earū ab orbe medij signoꝝ in orbe magno descripto sup duos polos eius per cōsiderationes nostras ⁊ illas longitudines lōgitudinē vnam continere ab eo qđ scripsit ⁊ collegit Abrachis. Aut diuersitas que est inter ea est parua: ⁊ ſm quātitatem que si pretermissa fuerit: nō impediat in considerationibꝰ. In lōgitudinibus autē q̄ sunt ab orbe eq̄tionis diei in orbe magno descripto super duos polos eius p considerationes: non inuenimus qđ cōprehendimus per considerationes nostras cōueniens ei qđ comprehendit Abrachis p considerationes suas scriptas ſm modū vnum. Neq; inuenit Abrachis qđ ipse cōprehendit per ꝯsiderationes suas: cōueniens ei qđ comprehenderūt hoīes tēporis Timocharidis. Hoc ergo est plurimū qđ apud nos firmauit: ꝙ longitudines earū in latitudine ab orbe medij signoꝝ in orbe magno descripto sup duos polos eius sunt lōgitudines vne. Jam vō reperiunƭ stelle que sunt in medietate sphere que est a pūcto tropici hiemalis ad partē puncti vernalis: ⁊ ad punctū tropici estiualis ad septētrionem semp in longitudine antiqua ab orbe eq̄tionis diei. ⁊ reperiunƭ stelle alie que sunt in medietate altera ſm cōtrarium eius qđ est in hac medietate: ⁊ q̄ earum sunt propinquiores duobus pūctis equationis diei: sunt maioris diuersitatis: ⁊ que earum sunt propinquioris duobus pūctis duoꝝ tropicorum sunt minoris diuersitatis. ⁊ est quātitas lōgitudinis illius: ſm quātitatem lōgitudinis eius in lōgitudine. ⁊ similiter portiones que sequūtur orbem medij signoꝝ sunt aut ad septētrionem: aut ad meridiem ab orbe equationis diei. ℭ Et vt per pauca quoꝝ acceptio est ꝓpinqua firmetur qđ diximus: firmabimus in vnaquaq; duarū medietatū sphere quas diximus qđ scriptum est de longitudinibus earū in latitudine ab equatione diei in orbe magno descripto sup duos polos eius: ſm ꝙ posuerunt illi antiqui qui fuerūt ſm tēpus Timocharidis: ⁊ ſm ꝙ posuit Abrachis: ⁊ ſm ꝙ nos posuimus ex eis q̄ nos cōprehendimus p illū modū. Stellā autē lucidā que est in vulture volāte Timocharides scripsit se inuenisse ad ptē septētrionis ab eq̄tione diei elōgari q̄nq; partibus ⁊ q̄ttuor quintis partis. Et similiter dixit Abrachis. Et nos iā inuenimꝰ eā quinq; partibus ⁊ medietate ⁊ tertia. Et scripsit Timocharides ꝙ ipse reperit mediū pleiadū ad ptē septētrionis ab eq̄tione diei. 14. partibus ⁊ medietate partis. Et scripsit Abrachis ꝙ ipse reperit illud. 15. partibus ⁊ sexta ptis. Nos autē inuenimus. 16. partibus ⁊ quarta partis. Et scripsit timocharides ꝙ ipse repit lucidā ex aldebarā ad partē septentrionis ab eq̄tione diei elongari octo ptibus ⁊ medietate ⁊ quarta. Et scripsit Abrachis ꝙ ipse reperit eā nouē partibus ⁊ medietate ⁊ quarta ptis. Nos vō inuenimus eā vndecē partibus. Et scripsit Arsatilis ꝙ ipse reperit stellā lucidā ⁊ splēdidā que est in albaioch: ⁊ albaioch nominaƭ caper ad partem septētrionis elongari ab eq̄tione diei. 40. partibus. Et scripsit Abrachis ꝙ inuenit eam 40. partibus ⁊ duabꝰ quintis partis. Nos vō inuenimus eam. 41. parte ⁊ sexta partis. Et scripsit timocharides ꝙ ipse repit stellā lucidā q̄ est in humero antecedēte geminoꝝ: ⁊ est aldax ad partē septētrionis elongari ab eq̄tione diei parte ⁊ quinta ptis. Et scripsit Abrachis

ꝙ reperit illam parte ⁊ quattuoꝛ quintis ꝑtis. Nos autē inuenimus eam duabus partibus ⁊
medietate partis. Et scripsit timocharides ꝙ ipse reperit illā stellā luminosam lucidā que ē
in humero subsequēte geminoꝝ: ⁊ est audax ad partē septētrionis ab equatione diei elon-
gari tribus partibꝰ ⁊ medietate ⁊ tertia. Et scripsit Abꝛachis ꝙ ipse reperit illam quattuoꝛ
partibus ⁊ tertia partis. Nos vͦo inuenimus quinq; partibꝰ ⁊ q̄rta partis. Et scripsit Timo-
charides ꝙ ipse reperit stellam luminosam lucidā que est in oꝛe canis ⁊ est alahaboꝛ.s.ca-
nis pertransiens ad partem meridiei ab equatione diei elongari sexdecim partibus ⁊ tertia
partis. Et scripsit Abꝛachis ꝙ ipse reperit illā sexdecim partibus. Nos autē inuenimus eā
quindecim partibꝰ ⁊ medietate ⁊ quarta. Et scripsit Arsatilis ꝙ ipse inuenit stellā antecedē
tem duarum lucidarum ex eis que sunt in duobus capitibus geminoꝛum ad septētrionem
ab equatione diei elongari trigintatribus partibus. Et scripsit Abꝛachis ꝙ ipse reperit eam
trigintatribus partibus et sexta partis. Nos autem inuenimus eam trigintatribus parti-
bus ⁊ duabus quintis partis. Et scripsit Arsatilis ꝙ ipse inuenit stellam secundam duarum
ad partem septentrionis ab equatione diei elongari triginta partibus. Et scripsit Abꝛachis
ꝙ ipse inuenit illā similibus illis. Nos vͦo inuenimus illam triginta partibus ⁊ sexta partis.
Loca vͦo omnia que diximus harum stellarū in longitudine sunt in vna harū duarum me-
dietatū sphere quas diximus: ⁊ est medietas continens punctū equalitatis vernalis. ⁊ sunt
oēs longitudines earū ab equatione diei in latitudine in eis q̄ posterioꝛanť ex tēpoꝛe maio
ris declinationis ad septētrionem eis quoꝝ tempus antiquatum est. Que vͦo earum sunt in
poꝛtionibus partiū que sunt ꝓpinquioꝛes duobus punctis duoꝛū tropicoꝝ: minoꝛatur ea-
rum declinatio valde. ⁊ que sunt in eis q̄ sunt pꝛopinquioꝛes duobus pūctis duarum equa
litatum: accrescit earū declinatio. Quapꝛopter opoꝛtet vt sit motus localis sphere stellarum
fixarum ad partē successionis signoꝛum super duos polos oꝛbis decliuis: ideo ꝙ poꝛtiones
partiū huius medietatis: que sunt ad partē successionis signoꝛū: sunt maioꝛis declinatiōis
semper ad partē septētrionis: eis que sunt ad partē conuersionis signoꝛū. ⁊ que sunt etiā ex
poꝛtionibus partiū que sunt ꝓpinquioꝛes duobus punctis duarum equalitatū: maioꝛatur
earū diuersitas: ⁊ que sunt ex eis que sunt ꝓpinquioꝛes duobus pūctis duoꝛum tropicoꝛū
minoꝛať eaꝝ diuersitas. ¶ Et in medietate sphere altera opposita huic medietati: Timocha
rides q̄dē scripsit: ꝙ ipse reperit stellā coꝛdis leonis ad partē septētrionis ab equatione diei
elongari. 21. parte ⁊ tertia partis. Et scripsit Abꝛachis ꝙ ipse reperit eā. 20. partibus ⁊ dua-
bus tertijs partis. Nos autē inuenimus eam. 19. partibus ⁊ medietate ⁊ tertia partis. Et
scripsit timoch. ꝙ ipse reperit stellā virginis: ⁊ est aschimech inermis ad partē septētrionis
elongari parte vna ⁊ duabus quintis partis. Et scripsit abꝛachis ꝙ ipse reperit eam tribus
quintis partis tm̄. Nos vͦo inuenimus eam medietate partis ad partē meridiei elongari ab
equatione diei. Et scripsit arsatilis ꝙ ipse reperit vnā trium que sunt in cauda vrse maioꝛis
que est in extremitate caude ad partē septētrionis ab equatiōe diei elongatam. 61. parte ⁊
medietate partis. Et scripsit abꝛachis ꝙ ipse reperit eā. 60. partibus ⁊ medietate ⁊ q̄rta par-
tis. Nos vͦo inuenimus eā. 59. partibus ⁊ duabus tertijs partis. Et scripsit Arsatilis ꝙ ipse
reperit stellam secūdam ab extremitate que est in medietate caude ad partē septentriōis ab
eq̄tione diei elōgatā. 67. partibꝰ ⁊ quarta partis. Et scripsit Abꝛachis ꝙ ipse inuenit eā. 66.
partibus ⁊ medietate partis. Nos autē inuenimus eam. 65. partibus. Et scripsit arsatilis ꝙ
ipse reperit stellam tertiā ab extremitate que est super radicē caude ad partem septētrionis
ab equatione diei elōgatā. 68. partibus ⁊ medietate partis. Et scripsit Abꝛachis ꝙ ipse repe
rit eam. 67. partibus ⁊ duabus tertijs. Nos vͦo inuenimus eam. 66. partibus ⁊ q̄rta partis.
Et scripsit timoch. ꝙ ipe reperit stellā aschimech alramech. i. lāceatoꝛ ad partē septētrionis
elongatā. 31. parte ⁊ medietate partis. Et scripsit abꝛachis ꝙ ipse reperit eā. 31. parte. Nos
autē inuenimus eam. 29. partibꝰ ⁊ medietate ⁊ tertia partis. Et scripsit timoch. ꝙ ipse repe
rit lucidā stellarum lucidarū que sunt in duobus labijs scoꝛpionis: q̄ est in extremitate me-
ridiana ad partem meridiei ab equatione diei elōgatam quinq; partibꝰ. Et scripsit abꝛachis
ꝙ ipse reperit eā quinq; partibus ⁊ tribus quintis partis. Nos autem inuenimus eā septē
partibꝰ ⁊ sexta partis. Et scripsit timoch. ꝙ ipse reperit stellā q̄ est super extremitatē septē-
tionalem ad partē septentionis ab equatione diei elongatam parte vna ⁊ quinta partis. Et
scripsit abꝛachis ꝙ ipse reperit eam duabus quintis partis. Nos autē inuenimus ipsam ad
partē meridiei ab equatiōe diei ꝑte vna. Et scripsit timoch. ꝙ ipse reperit stellā lucidā q̄ est
in pectoꝛe scoꝛpiōis: q̄ noiať anchoꝛis: ꝑ quā vult coꝛ scoꝛpionis: ad ꝑtē meridiei ab eq̄tiōe
diei elōgatā. 18. ꝑtibus ⁊ tertia ꝑtis. Et scripsit abꝛachis ꝙ ipe reperit eā. 19. partibꝰ. Nos
vͦo inuenimus eā. 20. partibus ⁊ quarta partis. Omnia vͦo que diximus de stellis huius me
dietatis postreme opoꝛtet vt sint ꝯm cōuersionē eoꝛum quoꝝ premisimus narrationem in
medietate pꝛima. ⁊ vt sint etiā lōgitudines eaꝝ ab eq̄tione diei in latitudine i eis que poste-
rioꝛantur ex tēpoꝛe maioꝛis declinationis ad meridiē q̄ʒ ea que sunt in eis quarū tempus
antiquatur: ꝯm similitudinē illius cōsiderationis. Et pꝛouenit etiā ex illo vt sit motus sphe
re stellarū fixarum in longitudine ad partē successionis signoꝝ in centum ānis vna pars se

re:fm ꝙ p̄cessit ex verbis nostris.Et in ducentis ⁊ sexagintaquinq̄ annis qui fuerunt in
eo q̄ð est inter duo tēpora: sc꜡ tēpus considerationis abrachis ⁊ tēpus considerationis no-
stre:due partes ⁊ due tertie partis.Et cōprehensio illius erit per superfluitatē que reperitur
in latitudine stellaꝝ que sunt apud duo pūcta duarum equalitatū manifestior:et illud ē qm̄
stellam mediā pleiadum abrachis inuenit magis declinatam ad septētrionem ab equatiōe
diei.Et plurimū quo declaratur illud q̄ð inuenimus de diuersitate in latitudine earum que
sunt ꝓpinquiores duobus pūctis duarū equalitatum mediā quidam pleiadū reperit abra-
chis ad partē septētrionis.15.partibus ⁊ sexta partis.Nos v̄o inuenimus eam.16.partib⁹
⁊ quarta partis.Fit ergo diuersitas que est inter duas considerationes ad septētrionē pars
⁊ medietas sexte partis.⁊ illud est quantitas diuersitatis longitudinis ab orbe equationis
diei in latitudine in fine arietis duarū partium ⁊ duarū tertiarum partis: que sunt in longi
tudine ad partem successionis signoꝝ illius tēporis.Albaiocb v̄o que nominat̄ hircus lōgi
tudo ad septentrionē ab equatione diei fm ꝙ reperit abrachis est.40.partes ⁊ due quinte
partis.⁊ fm ꝙ nos inuenimus.41.partes ⁊ quinta partis.fit ergo declinatior ad septentrio
nem q̄ttuor quintis partis fere.⁊ illud etiā est quantitas diuersitatis longitudinis ab orbe
equationis diei in latitudine in medio tauri duarū partium ⁊ duarū tertiarū partis: q̄ sunt
in longitudine ad partē successionis signoꝝ illius tēporis.Stellam v̄o que est super hume-
rum antecedentē geminoꝝ:⁊ est audax: inuenit abrachis ad partē septentrionis ab equatio
ne diei elongatā parte vna ⁊ quattuor quintis partis.⁊ nos inuenimus eā duabus partib⁹ ⁊
medietate partis.fit ergo declinatior ad septētrionem medietate ⁊ quinta partis.⁊ illud est
quātitas diuersitatis lōgitudinis ab orbe eq̄tiōis diei in latitudine in fine tauri duaꝝ ptiū ⁊
duarū tertiaꝝ partis: que sunt in longitudine ad partē successionis signoꝝ illius temporis.
Et similiter etiā stellas que sunt in medietate sphere opposita huic medietati: sc꜡ stellā que
dicit̄ ascbimech alabazel Abrachis quidē reperit magis declinatā ad septētrionem ab eq̄-
tione diei tribus quintis partis.Et nos quidē inuenimus eā magis declinatā ad meridiem
ab equatione diei medietate partis. fit ergo magis declinata eo q̄ð fuit ad meridiem parte
vna ⁊ decima partis. ⁊ illud etiā est sūma eius quo superfluit latitudo ab eq̄tione diei dua-
rum partiū ⁊ duarum tertiarū partis orbis signoꝝ que sunt in fine virginis.Et stellam que
est in extremitate caude vrse: ⁊ est benennasci maioris: reperit Abrachis ad partem septen-
trionis ab equatione diei elongatam sexaginta partibus ⁊ medietate ⁊ quarta partis . Et
nos inuenimus eā.59.ptib⁹ ⁊ duabus tertijs ptis.fit g̃ declinatior ad meridiē pte vna ⁊ me
dietate sexte ptis.⁊ illud ē quātitas diuersitatis lōgitudinis ab eq̄tiōe diei in latitudīe i p̄nci
pio libre duaꝝ ptiū ⁊ duaꝝ tertiaꝝ ptis:q̄ sūt in lōgitudīe ad ptē successiōis signoꝝ illi⁹ tpis.
Et stellā ascbimech lāceatoris iuenit abrachis ad septētrionē ab eq̄tiōe diei elōgatā.31.ptī
bus.Et nos iuenimus eā.29.ptib⁹ ⁊ medietate ⁊ tertia ptis.fit g̃ declinatior ad meridiē pte
vna ⁊ sexta ptis.⁊ illud ē quātitas diuersitatis lōgitudinis ab eq̄tiōe diei i latitudīe i p̄ncipio
libre duaū ptiū ⁊ duaꝝ tertiaꝝ ptis q̄ sūt i lōgitudine ad ptē successiōis signoꝝ illi⁹ tpis fere.

Et etiā erit manifestum q̄ð diximus de istis cōsiderationibus ex eo q̄ð volumus
dicere:ꝙ Timocharides scripsit ꝙ ipse ꝯsiderauit in alexandria in āno q̄dragesi-
moseptimo reuolutiōis prime reuolutionū.76.annoꝝ reuolutionū philippi octo
diebus mensis anisatarion:sc꜡.29.diebus transactis mensis atur: qui est ex men-
sibus egyptioꝝ:in postremo hore tertie.⁊ inuenit ꝙ lune fuit visa medietas:que sequit̄ me-
ridiē supra medietatē pleiadū q̄ est ad partē successionis signoꝝ fm veritatem. Fuitq̄ ille
ānus quadringentesimus ⁊ sexagesimusquintus annoꝝ nabuch.29. die transacto mensis
atur egyptij. cuius mane fuit dies tricesimus ante medietatē noctis tribus horis tēporali-
bus:que sunt tres hore ⁊ tertia hore eq̄les.qm̄ sol fuit in septē ptibus aquarij.Et fuerunt he
hore fm equationē dierum cū noctibus suis ꝓpinque illis. Et fuit locus lune propter illud
q̄ð aggregatur ex tēpore in illa hora vere:fm modū cuius premisimus declarationē.20.mi
nuta partis prime tauri.s.q2 longitudo eius fuit a puncto equalitatis vernalis.30.partes ⁊
20. minuta: ⁊ fuit longitudo lune tunc ad partē septentrionis ab orbe signoꝝ in latitudine
3.partes ⁊.45.minuta: ⁊ fuit locus lune tūc visus in alexādria in lōgitudine.29.ptes ⁊.20.
minuta arietis.fuit ergo lōgitudo eius ad partem septentriōis ab orbe medij signorum in la
titudine.3.partes ⁊.35.minuta.qm̄ medium celi fuit due partes geminoꝝ.fuit ergo longi-
tudo postremi pleiadū q̄ð est ad partem successiōis signorum: tunc a puncto eq̄litatis ver-
nalis ad successionem signorum.29.partes ⁊ medietas partis fere. qm̄ centrum lune etiam
precesserat ipsum ad cōuersionem signoꝝ . Et fuit longitudo eius ad partē septentrionis ab
orbe medij signorū in latitudine tres partes ⁊ due tertie partis fere. ⁊ fuit ad partē septētrio
nis a centro lune parū. ¶ Et scripsit Agrinus ꝙ ipse ꝯsiderauit in bithinia in āno duodeci-
mo annoꝝ Domiciani : ⁊ est apud eos annus septimus annorum matrach.in vno mensium
suoꝝ nominato matros in nocte septima ipsius.⁊ in p̄ncipio hore tertie noctis luna iam co-
operuerat partē pleiadum meridianā sequentem cornu suo meridiano . fuitq̄ annus.840.
annorum nabuch.duobus diebus transactis mensis tobi: qui est ex mensibus egyptiorum.

cuius mane fuit dies tertius: ante medietatē noctis quattuor horis temporalibus: que sunt
quinq; hore eq̄les: propter hoc ꝙ sol fuit in sex partibus tauri. Fuit ergo cōsideratio apud
orbem meridiei in alexandria ante medietatē noctis quinq; horis ⁊ tertia hore equalibus.
⁊ fuerunt hore sm equationē dierum cū noctibus suis ante medietatem noctis quinq; ho-
re ⁊ medietas ⁊ quarta hore. Et fuit centrū lune in illa hora sm veritatem in tribus partib⁹
⁊ septem minutis tauri. Et fuit longitudo eius ad septentrionē ab orbe medij signorū in la-
titudine q̄ttuor partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis. Et fuit visus in bithinia locus centri lune
in longitudine tres partes ⁊ quarta partis. Et fuit longitudo eius ad septētrionem ab orbe
medij signor̄ in latitudine quattuor partes: propter hoc ꝙ mediū celi fuerūt due partes pi-
scis. Fuit ergo tunc longitudo lateris pleiadum qđ est ad successionem signor̄ in longitudi
ne a puncto equalitatis vernalis ad successionem signorum. 33. partes ⁊ quarta partis. Et
fuit longitudo eius ad partem septētrionis ab orbe medij signorū in latitudine tres partes ⁊
due tertie partis. Jam ergo demonstratum est ꝙ pars pleiadū ad successionem signorū fuit
in latitudine quidem ad partem septētrionis ab orbe medij signorum tunc ⁊ nunc: sm illas
partes tres partes ⁊ due tertie partis in orbe magno descripto super duos polos eius. Et in
longitudine quidē fuit motus eius ad successionē signorum a duobus punctis equalitatis
vernalis tres partes ⁊. 45. minuta: propterea ꝙ longitudo lune fuit in consideratione qui-
dem prima. 29. partes ⁊ medietas ptis. ⁊ in cōsideratione quidem secūda. 33. partes ⁊ q̄rta
partis. Et fuit qđ fuit inter duas ꝯsiderationes ex tēpore. 375. anni. fuit ergo motus lateris
pleiadum sequentis ad successionē signorum in oībus centū annis pars vna. ¶ Timocha-
rides quoq; scripsit ꝙ ipse consideravit in alexandria in anno trigesimosexto revolutionis
prime revolutionū philippi mensis quidē alachibar suuis transactis. 15. diebus. ⁊ mensis
quidē tobi quinq; diebus in principio hore tertie consecuta est luna aschimech inermē cū
medio cingulo qđ sequitur orientem equalitatis. ⁊ secuit aschimech inermis ex diametro
lune ad partē septentrionis tertiā sm veritatem. ⁊ fuit annus ille annus q̄dringentesimus ⁊
quinquagesimus quartus annor̄ nabuch. ⁊ quinq; diebus transactis mensis tobi: qui est ex
mensibus egyptiorū. cuius mane fuit dies sextus ante medietatem noctis q̄ttuor horis tem
poralibus. que fere sunt equales. qm̄ sol fuit in quinq; partibus piscis. Et colligitur vt sint
hore que fuerunt ante medietatem noctis sm equationē dierum cum noctibus suis ille ho
re fere. Et in illa hora fuit etiā locus centri lune in longitudine sm veritatē. 21. partes ⁊. 21
minutū virginis. s. q: longitudo eius a puncto tropico estivali ad successionem signor̄ fuit
81. partes ⁊. 21. minutū. Et fuit longitudo eius ab orbe medij signorū ad partem meridiei
pars ⁊ medietas partis ⁊ tertia partis. Et sm visum fuit longitudo eius a puncto tropici esti
vi in longitudine. 82. partes ⁊. 12. minuta. Et fuit longitudo eius ab orbe medij signorum
ad meridiē due partes fere. Fuit ergo mediū celi in illa hora medium cancri. ⁊ fuit longitu-
do aschimech inermis a puncto tropici estivi in illa hora propter illud cuius iam precessit
narratio. 82. partes ⁊ tertia partis. ⁊ fuit longitudo eius ab orbe medij signorū ad partē me
ridiei due partes. ¶ Postea similiter dixit: ꝙ in anno quadragesimooctavo illius revolu-
tionis sex diebus remanentibus de mense begueni Risuinis. ⁊ sunt septē dies transacti men
sis thut post medietatem hore decime transactam. Et apud elevationem lune ab horizonte
fuit visa aschimech inermis cōtingere lunam a parte septentrionis vere. Et fuit tempus: an-
nus quadringentesimus ⁊ sexagesimus sextus annorū nabuch. septimo die transacto mensis
thut. cuius noctis mane fuit dies octavus: quēadmodum ipse quidem scripsit post mediam
noctem tribus horis ⁊ medietate hore tēporalis que erunt q̄ttuor hore ⁊ octava hore equa-
les fere: propterea ꝙ sol fuit fere in medio scorpione: sm v̄o ꝙ oportet post medietatem no-
ctis duabus horis ⁊ medietate hore. qm̄ post has horas precedentes erit medium celi. 22.
partes ⁊ medietas partis geminorū. ⁊ erit illud qđ elevatur de virgine ille partes. ⁊ in illis
partibus fuit tunc luna elevata in eis que dixit. Scđm equationem v̄o dierū cum noctibus
suis invenimus eā post medietatē noctis duabus horis equalibus tm̄. Scđm veritatē v̄o in
hora in q̄ fuit longitudo centri lune etiā a puncto tropici estivi. 81. ptes ⁊. 30. minuta. ⁊ fuit
longitudo eius ad meridiē ab orbe medij signor̄ due partes ⁊ medietas ptis ⁊ sexta partis.
⁊ sm visum fuit lōgitudo eius in lōgitudine. 82. partes ⁊ medietas partis. Et fuit visa eius
longitudo ab orbe medij signorū ad partem meridiei due partes ⁊ quarta partis. Fuit ergo
longitudo aschimech inermis sm hanc considerationem etiā ab orbe medij signorū ad par
tem meridiei ille due partes fere. Et fuit eius longitudo a puncto tropici estivi. 82. partes ⁊
medietas partis. Et fuit motus aschimech inermis in istis duodecem annis qui sunt inter
duas cōsiderationes ad successionem signor̄ a puncto tropici estivi sexta partis vnius fere.
¶ Et dixit Mileus mensurator ꝙ ipse ꝯsideravit Rome in anno qui fuit primus annorum
Traiani quintodecimo die transacto mensis mesir. cuius mane fuit dies sextusdecim⁹ apud
complementū hore decime noctis. Et luna iā obscuraverat aschimech inermē tunc. ⁊ nō ap-
paruit vsq; ad finem hore vndecime. Postea apparuit stella posterior centro lune cū mino-
re spacio diametro lune. ⁊ fuit eius elōgatio a duobus cornibus lune equalis. Et fuit illud

in anno.845.annorum nabuch.quintodecimo die transacto mensis mesir. cuius mane fuit dies sextusdecimus post medietatẽ noctis quattuor horis tẽporalibus.quia cẽtrũ lune fuit consecutum aschimech alabazel fere. ⁊ fuerunt hore quinq̃ equales fere: propterea ꝙ fuit sol tunc quasi in.20.partibus capricorni. ⁊ fuerunt hore in orbe meridiei alexãdrie post medietatem noctis sex hore ⁊ tertia hore: ⁊ equationem dierum cum noctibus suis sex hore ⁊ quarta hore aut plus parum. Et fuit elongatio centri lune in longitudine a puncto tropici estiui ẜm veritatem in illa hora.85.partes ⁊ medietas ⁊ quarta partis. Et fuit eius longitudo ab orbe medij signorũ ad partem meridiei pars vna ⁊ tertia partis fere. In visione vͦ fuit longitudo eius in longitudine.86.partes ⁊ quarta ptis.Et fuit longitudo eius ab orbe medij signorum ad meridiẽ due ptes:propterea ꝙ mediũ celi fuit q̃rta libre. Fuit ergo locus aschimech inermis tunc hic locus.Manifestũ est igitur ẜm ꝙ dixit timoch. ⁊ ꝙ nos diximus etiã ꝙ fuit ad partem meridiei ab orbe medij signorũ: ẜm illam quantitatem etiã sc3 due partes. ⁊ ꝙ longitudo eius in lõgitudine ad successionem signorũ ex consideratione que fuit in ãno trigesimosexto:fuit tres partes ⁊.55.minuta.Et fuit qͦd est inter duas horas ex ãnis.391. Et ex cõsideratione quidem que fuit in ãno q̃dragesimooctauo fuit tres ptes ⁊.45.minuta.Et fuit qͦd est inter duas horas ex annis.379.ãni. Propter h ergo manifestũ est ꝙ cursus aschimech inermis ad partẽ successionis signorũ in centũ annis est pars vna fere. ¶ Et etiã ꝙ timoch. dixit ꝙ ipse cõsiderauit in alexandria in ãno trigesimosexto reuolutionis prime reuolutionũ philippi.25.die transacto mensis tusiduunis. ⁊ sextodecimo die transacto mensis chaucha: in principio hore decime. ⁊ inuenit lunã fuisse visam verissime consecutam esse tũc septentrionalem stellã que sequit septentrionem ex stellis que sunt in fronte scorpionis.Et fuit hora illa in anno.454.nabuch.decimosexto die transacto mensis chaucha.cuius mane fuit dies decimusseptimus post medietatem noctis tribus horis tẽporalibꝰ.q̃ sunt tres hore ⁊ due quinte hore eq̃lis: propterea ꝙ sol fuit in.27. pte sagittarij. Et ẜm eq̃tionem dierum cũ noctibus suis post tres horas ⁊ sextã hore.Et fuit tunc longitudo centri lune a puncto eq̃litatis vernalis in lõgitudine.31.ptes ⁊ quarta ptis in longitudine. Fuitq̃ eius lõgitudo ad septentrionẽ ab orbe medij signorũ pars vna ⁊ tertia ptis. In visione vͦ fuit eius lõgitudo.32.ptes. Et fuit eius lõgitudo ab orbe medij signorũ ad septẽtrionẽ pars vna ⁊ medietas sexte ptis:propterea ꝙ mediũ celi fuit tunc mediũ leonis. Fuit ergo tũc longitudo stelle septentrionalis:q̃ est ex stellis q̃ sunt in fronte scorpionis in longitudine a puncto eq̃litatis vernalis ille ptes:sc3.32.partes.Et fuit eius lõgitudo ab orbe medij signoꝝ ad partem septentrionis pars vna ⁊ tertia ptis fere. ¶ Et similiter dixit Mileus vbi cõsiderauit rome in anno pͥmo annorũ traiani.18.dieb' transactis mensis mesir. cuius mane fuit dies decimusnonus:in fine hore vndecime: ꝙ cornu meridianũ lune fuit visum ẜm rectã lineam inter ipsum ⁊ inter stellam mediã ⁊ inter stellã meridianam ex stellis que sunt in fronte scorpionis. ⁊ fuit centrum lune egrediens a linea. ⁊ fuit eius lõgitudo a media sicut lõgitudo medie a meridiana. ⁊ estimabat ꝙ iam consecuta esset stellam septentrionalẽ ex stellis q̃ sunt in frõte:sed nõ fuit manifestũ.Et fuit tp̃s eius etiã.845.ãni:ãnorũ nabuch. ⁊ decimooctauo die transacto mẽsis mesir.cuius mane fuit decimusnonus post medietatem noctis quinq̃ horis temporalibus:que sũt sex hore ⁊ sexta hore equales.qm̃ sol fuit in.23 partibus capricorni. Sed in orbe meridiei alexandrie post medietatẽ noctis septẽ horis ⁊ medietate hore. ⁊ ẜm equationem dieꝝ cum noctibus suis propinque illis.Et fuit in illa hora longitudo centri lune a puncto equalitatis vernalis ẜm veritatem.35. partes ⁊ tertia partis.Et fuit eius longitudo ab orbe medij signorum ad septentrionem due partes ⁊ sexta partis. In visione vͦ fuit eius longitudo in longitudine.35.partes ⁊.55.minuta. ⁊ fuit eiꝰ longitudo ab orbe medij signorum ad septentrionem pars ⁊ tertia partis. qm̃ medium celi fuit postremum libre. Fuit igitur tunc locus stelle septẽtrionalis ex stellis que sunt in parte scorpionis in illo loco fere. Jam ergo manifestum est in hac stella ꝙ longitudo in latitudine ab orbe medij signorum tunc ⁊ nunc fuit longitudo vna. Et ꝙ longitudo in longitudine ad successionem signorũ a puncto equalitatis vernalis fuit tres partes ⁊.55.minuta.in eis que sunt inter duas cõsiderationes:que aggregãtur ⁊ sunt.391.anni. ⁊ illud est ex quo oportet etiam vt sit motus stelle in centum annis pars vna ad partẽ successionis signorum.

¶ Capitulum quartũ de modo disponendi tabulas stellarum fixarum.

Postq̃ inuenimus certe ⁊ vere ex cõsiderationibus nostris harum stellarũ quas diximus: ⁊ aliarum lucidarum: ⁊ ex considerationibus earum his similibus ⁊ ex cõsiderationibus nostris ẜm cõuenientiam longitudinis aliarum stellarũ ab his comprehensis:ꝙ sphera stellarum fixarum habet hunc motum ad successionem signoꝝ a duobus punctis duoꝝ tropicoꝝ ⁊ duobus punctis duaꝝ equa-

litatum ſm quãtitatem qua poſſibile fuit declarare nobis longitudinem huius temporis. ⁊ inuenimus etiam ꝙ motus eius iſte non erit niſi ſup duos polos orbis medij ſignorum de-cliuis: non ſuper duos polos equatiõis diei: ſuper quos eſt motus totalis primus. Oportet ergo poſt illud vt ſtudeamus ſm cõſiderationes cuiuſqꝫ harum ſtellarum ⁊ aliarum ſtellarum fixarum ⁊ deſcriptionis tabularũ earum ⁊ locorum earũ in hoc tempore in quo conſi-derauimus eas: ⁊ longitudines earum in longitudine ⁊ latitudine non ab orbe equationis diei: ſed ab orbe medij ſignorũ decliuis quas terminant orbes magni deſcripti ſuper duos polos eius: ⁊ ſuper vnamquãqꝫ ſtellarum ſcriptarum. per quos ſm ꝙ ſequitur modũ hui⁹ motus: erunt tranſitus earum in latitudine comitãtes ſemper neceſſario longitudines earũ ab orbe medij ſignorum. ⁊ erũt earum longitudines in longitudine ad ſucceſſionem ſigno-rum ſecantes arcus equales in temporibus equalibus orbis ſignorũ. Et propter illud etiã vſi fuimus illo inſtrumento: propterea ꝙ motus duorum circulorum duarum armillarum que ſunt in eo non eſt niſi ſuper duos polos orbis decliuis: quo conſiderauimus de ſtellis totum qđ poſſibile eſt videri vſqꝫ ad quãtitatem magnitudinis ſexte. Unum autem duoꝝ circulorum quorũ premiſimus narrationem parabimus ſemper: ⁊ opponemus ipſum vni ſtellarum lucidarum quas cõprehendimus per lunam ſuper proprietatem portionis partis ſue in qua eſt ex orbe ſignorum. Circulum v̄o alterum diuiſum totum cuius poſſibile eſt vt ſit reuolutio in latitudine ſuper duos polos orbis decliuis: parabimus etiam: ⁊ opponem⁹ ipſum ſtelle cuius locus inquiritur: donec videatur ex foramine qđ eſt ſm proprietatem cir-culi ſui cum viſione ſtelle alterius. Cum enim fuerit illud declarabunt nobis breuiter tranſi-tus ſtelle cuius inquiritur locus ambo ſimul per circulum inſtrumenti. Locum quidẽ eius in longitudine determinabit locus ſectionis cõmunis circuli ſui ⁊ circuli orbis ſignoꝝ. ⁊ lo-cum quidem eius in latitudine cõprehendit arcus quẽ ſecat: qui eſt inter ſectionem cuius premiſſa eſt narratio: ⁊ inter foramen qđ eſt ſuper ſtellam.

Capitulum quintum de firmatione ſtellarum fixarum in medietate ſphere ſeptentriona-li: ⁊ poſitione earum in tabulis.

rimus cursum orbis reuolutionis ad orbem egredientis centri:quem narrauimus.per quẽ
est diuersitas que sequitur propter orbem signorum.Et illud est vt ponamus formam in
tali qualis est hic intentio ex demonstratione in habitudine prima secũdum q stella sit po
sita in figura elongata a puncto.l.et est longitudo longior.Et quia angulus.b.r.f.et est an/
gulus cursus equalis in longitudine.scz angulus.d.r.b.secũduz partes quibus quatuor an
guli recti sunt.360.partes.Jam ostensum est q est.55.partes z.52.minuta.z secũdum
partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:est.111.partes z.44.minuta.Erit arcus
qui est super lineam.d.b.111.partes z.44.minuta.scdz partes quibus circulus qui descri
bitur circa triangulum.d.r.b.oztogonium est.360.partes.z erit arcus qui est super lineaz.
r.b.quod remanet ad complendum semicirculum:z est.68.partes et.16.minuta.ergo li/
nea.d.b.vna duarum linearum que subtenduntur eis:erit.99.partes z.20.minuta.secun
dum partes quibus chorda.d.r.est.120.partes.z linea.r.b.secũdum istas partes erit.67.
partes z.20.minuta.Opoztet ergo propter illud vt sit secũduz partes quib⁹ linea.d.r.que
est inter duo cẽtra:est tres partes et.34.minuta.z linea.d.a.z est ea que est a centro orbis
egredientis centri:est.60.partes:linea.d.b.due partes z.57.minuta.z linea.r.b.secũdum
illud exemplum due partes.Et quia cum quadratũ quod est ex linea.d.b minuitur ex qua
drato quod est ex linea.d.a.est ex eo quadratuz qd est ex linea.a.b.proueniet nobis linea.
a.b.secũdum istas partes.59.partes z.56.minuta.Et secũdum illud exempluz quia linea.
r.b.est equalis linee.t.b.et linea.t.e.est dupla linee.b.d.erit linea a.t.tota.61.partes z.56.
minuta.secũdũ partes quibus linea.e.t.est.5.partes z.54.minuta.z propter illud erit choz
da.a.e secũdum istas partes.62.partes z.13.minuta.Opz ergo pp illud vt sit secũdũ p
tes quibus chorda.a.e est.120.partes:linea.e.t.11.partes z.21.minuta.z arcus qui est su
per eam.10.partes et.51.minuta fere:scdz partes qbus circulus qui describitur circa triã/
gulum.a.e.t.oztogonium est.360.partes.angulus igitur.e.a.t.est.10.partes et.51.minu
ta.scdm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Et etiam quia scdm partes qui
bus linea.e.t.est.5.partes et.54.minuta.est linea.r.f.et est ea que est a cẽtro orbis egrediẽ




tis centri.60.partes.et linea.r.t.quatuor partes Et manifestū est ꝙ linea.t.s tota est.64. partes ⁊ proueniet nobis chorda.e.s.scōm istas partes.64.partes et.16.minuta tunc sm partes quibus chorda e.s.est.120.partes:erit linea.e.t.vndecē partes ⁊ duo minuta.⁊ erit arcus qui est super eam.10 partes et.33.minuta.scōm partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.e.t.s.ortogonium est.360.ptes.oportet ergo propter illud vt sit angulus.e.s.t.etiā.10 partes et.33.minuta.secūdū partes quib⁹ duo anguli recti sunt.360. partes Scōm istas vero partes est ostensū ꝙ angulus.e.a.t.est.10 partes ⁊ 51.minuta. ergo angulus.e.a.s reliquus:et est angulus superfluitatis quesite:secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:est decem et octo minuta.et secūdum partes quib⁹ quatuor anguli recti sunt.360.partes:est nouē minuta.Sed hec stella fuit visa in habitudine pma super lineam.a e.et eius locus fuit super partem vnam et.13.minuta libre. Manifestum est igitur:ꝙ si centrum orbis reuolutionis non reuolueretur super circulum.a.l.sed super circulum.b.s.esset huius circuli super punctum.s.et videretur stella super lineam.e.s.precedere locum suum super punctum.a.nouē minutis.et esset eius locus super partem vnam ⁊ quatuor minuta libre.Et hec est forma illius.

Deinde ponā ēt formam habitudinis secūde in intentione huic simili ex declaratione ꝙ stella sit posterior a longitudine longiore.Et quia arcus.l.s.orbis egredientis centri iam ostensū est ꝙ est.19.partes ⁊.51.minuta:erit angulus.l.r.s. ⁊ angulus etiam qui est super caput eius:et est angulus.d.r b.scōm partes qbus quatuor anguli recti sunt.360.partes.19.partes ⁊.51.minuta.et secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.39.ptes ⁊.42.minuta.oportet ergo propter illud vt sit arcus qui est super lineam.d.b.39.partes ⁊.42.minuta.secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.r.b.ortogonium est.360.partes.⁊ erit arcus qui est super lineam.r.b.partes relique ad complendum semicirculū:et sunt.140.partes ⁊.18.minuta.linea igitur.d.b.vna duarū linearum que subtenduntur eis erit 40.partes et.45.minuta.secūdum ptes quibus chorda.d.r.est.120.partes.⁊ linea.r.b.scōm istas partes erit.112.partes et.52.minuta.oportet ergo propter illud vt sit secūdum partes quibus linea.d.r.est tres ptes ⁊.34.minuta.et linea.r.b que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes:linea.r.b.pars vna et.13.minuta.⁊ linea.d.b.secūdum illud exemplū tres partes ⁊.21 minuta.Et quia cum quadratū quod est ex linea.d.b.minuitur ex quadrato qd est ex linea.d.b.est ex eo quadratum quod est ex linea.b.b.erit linea.b.b.scōm istas partes.59 partes et.59.minuta fere.Et secūdum illud exemplū quia linea.r.b.est equalis linee.b.t.et linea.e.t.est dupla linee.d.b proueniet nobis linea.b.t.tota.63.partes ⁊.20.minuta:scōm partes quibus linea.e.t.est due partes et.26.minuta.Quapropter erit chorda.e.b.secūdum istas partes.63.partes et.23.minuta.ergo scōm partes quibus linea.b.e.est.120.partes:erit linea.e.t.quatuor partes ⁊.36.minuta.et erit arcus qui est super eam quatuor partes et.24.minuta.secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulū.b.e.t.ortogonium est.360.partes.Oportet ergo propter illud vt sit angulus.e.b.t.etiam quatuor partes ⁊.24.minuta.scōm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Et similiter etiam quia secūdum partes quibus linea.r.s que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes:prouenit linea.r.t.sex partes ⁊.42.minuta.erit nobis linea.s.t.tota 66.partes ⁊.42.minuta.scōm partes quibus posita est linea.t.e.due partes ⁊.26.minuta.⁊ ppter illud erit chorda.e.s.scōm istas partes.66 partes et.45.minuta.Oportet ergo propter illud vt sit secūdū partes quibus chorda.e.s.est.120.partes:linea.e.t.quatuor partes ⁊.23.minuta.⁊ arcus qui est super eam quatuor partes ⁊.12 minuta.secūdum partes quib⁹ circulus qui describitur circa triangulum.e.t.s.ortogonium est.360.partes,angulus ergo.e.s.t.est etiam quatuor ptes ⁊.12.minuta.secūdū partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Jam autem ostēsum fuit ꝙ angulus.e.b.t.secūdum istas partes est.4.partes ⁊.24.minuta.ergo angulus.b.e.s.reliquus erit scōm istas partes.12.minuta.⁊ secūdum partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:sex minuta. Manifestum est igitur hic ꝙ stella quia in habitudine secūda quando fuit visa super lineā.e.b.locus eius fuit super nouem partes ⁊.46.minuta sagittarii.tunc si fuisset visa etiam super lineam.e.s.esset eius locus super nouem partes et.46.minuta sagittarii.Jam vero fuit ostensum ꝙ eius loc⁹ fuit in habitudine prima secūdum hoc exemplum super partem vnā ⁊ quatuor minuta libre. Manifestū est igitur ꝙ longitudo que est inter habitudinem primam ⁊ inter habitudinē secūdam:proueniret si fuisset stella visa in orbe.l.s.egredientis centri.68.partes ⁊.42.minuta orbis signorum.Et hec est forma illius.




Et similiter etiam ponam descriptionem habitudinis tertie scōm similitudinem forme que posita est in habitudine secūda.Et quia arcus.l.s.iam ostensum est ꝙ est.57.partes ⁊.43.minuta.erit angulus.l.r.s.sc angulus.d.r.b.sm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.57.partes ⁊.43.minuta.et secundū partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.115.partes ⁊.26.minuta.oportet ergo




propter illud vt sit arcus qui est super linea.d.b.115.partes et.26.minuta.scōm ptes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.r.b.ortogonium est.360.partes.⁊ erit arcus qui est super lineam.r.b.partes relique ad complendum semicirculum:⁊ sunt.64.partes ⁊.34.minuta.ergo linea.d.b.vna duarum linearum que subtenduntur eis:est.101.partes ⁊.27.minuta.secūdum partes quibus chorda.d.r.est.120.partes.⁊ linea.r.b.secundū istas partes est.64.partes ⁊.6.minuta. Oportet ergo propter illud vt sit secūdum partes q̄bus linea.d.r.est.3.partes ⁊.34.minuta.et linea.r.g.que est a centro orbis egredientis cētri.60.partes:linea.d.b.tres partes ⁊ minutum vnum.et linea.r.b.secūdum illud exemplū pars vna ⁊.54.minuta.Et etiam quia cum quadratum quod est ex linea.d.b.minuitur ex quadrato quod est ex linea.d.g.est ex eo quadratum qđ est ex linea.b.g.tunc linea.b.g.prouenit nobis secūdum istas partes.59.partes ⁊.56.minuta.Et secundum istud exemplum quia linea.r.b.est equalis linee.b.t et linea.e.t.est dupla linee.d.b.proueniet nobis linea g.t.tota.61.partes et.50.minuta.scōm partes quibus est linea.e.t.sex partes ⁊ duo minuta. Quapropter erit chorda e.g.secūdum istas partes.62.partes et octo minuta.ergo secūdū partes quibus chorda.g.e.est.120.partes:erit linea.e.t.11.partes ⁊.39.minuta.et erit arcus qui est super eam.11.partes ⁊.9.minuta fere:scōm partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.g.e.t.ortogonium est.360.partes.Oportet ergo propter illud vt sit angulus.t.g.e.etiam.11.partes et.9.minuta:secūdum partes quib⁹ duo anguli recti sunt.360.partes.Et similiter quia secundū partes quibus linea.r.s.que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes:linea.r.t.prouenit.3.partes ⁊.48.minuta.tunc linea.s.t.tota.prueniet nobis.63.partes ⁊.48 minuta. secundum partes quibus fuit linea e.t.sex partes ⁊ duo minuta.et propter illud erit chorda.e.s.secūdum istas partes.64.partes ⁊.5.minuta. ergo scōm partes quibus chorda.e.s.est.120.partes:erit linea.e.t.11.partes ⁊.18.minuta. erit ergo arcus qui est super eam.10.partes ⁊.49.minuta.secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.e.t.s.ortogonium est.360.partes.oportet ergo ꝓpter illud vt sit angulus.e.s.t.etiam.10.partes ⁊.49.minuta.secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Scōm istas vero partes est ostensum ꝙ angulus.e.g.t.est.11 partes et.9.minuta.Ergo angulus.g.e.s.reliquus erit secūdum istas partes.20.minuta.Et secūdum partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes ⁊.10.minuta.Quare oportet propterea ꝙ stella est in habitudine tertia vt quādo fuerit visa super lineam.e.g.sit eius locus super.14.partes ⁊.14.minuta capricorni.Et manifestum est:ꝙ si ꝯueniret vt esset super lineam.e.s.esset eius locus super.14.partes ⁊.24.minuta capricorni.et esset etiam lōgitudo que videtur inter habitudinem secūdam ⁊ habitudinem tertiam:que inuenitur in orbe.l.s.egredientis centri.34.partes ⁊.38.minuta.Postquam igitur contenti sumus eo qđ he due longitudines significant in hac eadem intentione:inueniemus longitudinem in eo quod est inter centrum orbis signorū et inter centrum orbis egredientis centri:qui cōprehendit motum orbis reuolutionis equalem.scȝ lineam equalem linee.e.r.sex partes ⁊.50.minuta fere:secūdum partes quibus diametr⁹ orbis egredientis centri est.120.partes.⁊ inueniemus arcus huius orbis egredientis centri:arcum quidem qui est ab habitudine prima ad longitudinem longiorem.57.partes ⁊.5.minuta.⁊ arcum qui est a longitudine longiore ad habitudinem secūdam.18.partes ⁊.38 minuta ⁊ arcum qui est a longitudine lōgiore ad habitudinem tertiam.56.partes ⁊.30.minuta.Et he q̄titates posite iam accepte fuerunt hic etiam secūdum veritatem:propterea ꝙ superfluitates arcuum orbis signorum proueniunt cum istis etiam similes illis que precesserunt secūdū propinquitatem. et ꝙ lōgitudines stelle que videntur:inueniuntur conuenientes longitudinib⁹ que reperiūt per considerationes:secūdum ꝙ declarabitur nobis per operationem.


Ponam itaqȝ figuram habitudinis prime in orbe egredientis centri tantū. scȝ deferentē centrū orbis reuolutionis.Et quia angulus a.r.l.quia supponitur orbis egredientis cētri.57.partibus ⁊.5.minutis.est fm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.57.partes ⁊.5 minuta.et secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:est ipse ⁊ angulus qui est super caput eius.scȝ angulus.d.r b.114 partes ⁊.10.minuta.erit arcus qui est super lineam.d.b.114 ptes ⁊.10.minuta.secundum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.r.b.ortogonium est.360.partes.⁊ erit arcus qui est super lineam.r.b.quod remanet ad complēdum semicirculum:et est.65.partes ⁊.56.minuta.linea igitur.d.b.vna duarum linearum que subtenduntur eis est.100.partes ⁊.44.minuta.secūdum partes quibus chorda.d.r.est.120.partes.⁊ linea.r.b.secūdum istas partes est.65.partes et.13.minuta.Oportet ergo propter illud vt sit secūdū ptes quibus linea.d.r.et est chorda que est inter duo centra:est tres partes ⁊.25.minuta.et linea.d.a.que est a centro orbis egredientis centri est.60.partes linea.d.b.due partes ⁊.52.minuta.⁊ linea.r.b.scōm illud exemplum pars vna ⁊.51.minuta.Et etiam q2 cum quadratum quod est ex linea.d.b.minuitur ex quadrato quod est ex linea.a.d.est ex eo quadratum qđ est ex linea.a.b.tunc linea.a.b.etiam prouenit nobis scōm istas partes.



59.partes ⁊.56.minuta Et secũdum illud exemplum quia linea.r.b.est equalis linee.b.t. et linea.e.t.est dupla linee.d.b.tũc linea a.t tota proueniet nobis.61.partes ⁊.47.minuta. secũdum partes quibus prouenit linea.e.t.5.partes ⁊.44.minuta et propter illud erit chorda e.a.62.partes ⁊.33.minuta:ergo erit secũduз ptes quibus chorda.a.e est.120.partes: linea e.t.vndecem partes ⁊ quinꝗ minuta.et erit arcus qui est super eaз.10.partes ⁊.36. minuta.secũduз partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.a.e.t.ortogoniũ est.360.partes.oportet ergo propter illud vt sit angulus e.a.r.10.partes et.36.minuta.secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Sed ſз istas ptes fuit posit⁹ angulus.a.r.l.114.partes ⁊.10.minuta ergo angulus.a.e.l.reliquus erit scđm istas ptes.103. partes et.34.minuta.⁊ secũdum partes quibus quattuor anguli recti sunt.360.partes.erit 51.partes ⁊.47.minuta.secũdum istas ergo partes fuit stella in habitudine pͥma precedẽs longitudinem longiorem.




ET ponam etiam in forma huic simili descriptioneз habitudinis secũde.Et quia angulus.b.r.l.secũdum partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:iã ostensum est ꝙ est.18.partes ⁊.38.minuta.⁊ secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.ptes:est ipse et angulus qui est super caput eius:⁊ est angulus.d.r.b.37 partes ⁊.16.minuta.erit arcus qui est super lineam d.b.37 partes et.16.minuta:secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum d.r.b ortogoniuз est.360.partes.⁊ erit arcus qui est super lineam.r.b.partes relique ad complendum semicirculum:et sunt.142.partes et.44.minuta.linea igitur.d.b.vna duarum linearũ que subtenduntur eis erit.38.partes et.20.minuta.secũdum partes quibus chorda.d.r.est.120.ptes.⁊ linea.r.b:scđm istas partes erit.113.partes ⁊.43.minuta.Oportet ergo propter illđ vt sit secũduз partes quibus linea.d.r.est tres partes ⁊.25.minuta.⁊ linea.d.b.que est a cẽtro orbis egredientis centri ẽ.60.partes:linea.d.b.pars vna ⁊ quinꝗ minuta.et linea.r.b. scđm illud exempluз tres partes ⁊.14.minuta.Et quia cũ quadratũ quod est ex linea d.b. minuitur ex quadrato quod est ex linea.d.b.est ex eo quadratum quod est ex linea.b.b.proueniet nobis linea.b.b.secũdum istas partes.59.ptes ⁊.59.minuta.Et scđm illud exẽplum quia linea.r.b.est equalis linee.b.t.⁊ linea.e.t.est dupla linee.d.b proueniet nobis linea.b.t. tota.63.partes ⁊.13.minuta.secũdum partes quibus linea.e.t.est due partes ⁊.10.minuta.Et propter illud erit chorda.e.b.ſm istas partes.63.partes ⁊.15.minuta.ergo secũdum partes quibus chorda.e.b.est.120.partes:erit linea.e.t.quattuor partes ⁊ septem minuta.⁊ erit arcus qui est super eam tres partes ⁊.56.minuta.secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.b.e.t.ortogonium est.360.partes.Oportet ergo ꝑpter illud vt sit angulus.e.b.r.3.partes ⁊.56.minuta.ſm partes quibus duo anguli recti sunt.360. partes.Sed secũdum istas partes fuit positus angulus.b.r.l.37.partes ⁊.16.minuta.Ergo angulus.b.e.l.reliquus erit secũdum istas partes.33 partes ⁊.20.minuta.Et erit scđm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.16.ptes ⁊.40.minuta Ergo in habitudine secũda fuit stella secũdum visum posterior longitudine lõgiore.16.partibus ⁊.40. minutis.Jam vero ostensum fuit:ꝙ ipsa in habitudine prima fuit precedens hãc longitudinem longiorem.51.partibus et.47.minutis.aggregatur ergo longitudo que videtur inter habitudinem primam ⁊ habitudineз secũdã ex partibus ex parte vna.68.partes ⁊.27. minuta.Et illud est cõueniens ei quod productum est ex eo per considerationes.



ET ponam etiam descriptionem habitudinis tertie.Et quia angulus.g.r.l.secũdũ partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.Jam ostensuз est ꝙ ẽ.56. partes ⁊.30 minuta.et secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.ptes: est ipse ⁊ angulus qui est super caput ei⁹:et est angulus.d.r.b.113.partes ⁊ erit arcus etiam qui est super lineam.d.b.113.partes:secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.r.b.ortogoniũ est.360.partes.⁊ erit arcus etiam qui est sup lineam.r.b.reliquus ad complendum semicirculum.67 partes.ergo linea.d.b.vna duarũ linearum que subtendũtur eis:erit centũ partes ⁊ quatuor minuta.scđm partes quib⁹ chorda.d.r.est.120.partes.⁊ linea.r.b.secũdũ istas partes erit.66.partes ⁊.14.minuta.Oportet ergo propter illud vt scđm partes quibus linea.d.r.ẽ.3.partes ⁊.35.minuta.⁊ linea.d. g.que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes sit linea.d.b.due partes ⁊.51.minuta.⁊ linea.r.b.secũdum illud exemplum pars vna ⁊.53.minuta.Et etiam quia cum quadratum ꝙ est ex linea.d.b.minuitur ex quadrato quod est ex linea..d.g.est ex eo quadratũ quod est ex linea.g.b.proueniet nobis linea.g.b.scđm istas partes.59.partes ⁊.56.minuta.Et secũdum istud exemplum quia linea.r.b.est equalis linee.b.t.⁊ linea e.t.est dupla linee.d.b.tunc linea.g.t.tota proueniet nobis.61.partes ⁊.49.minuta:secũdum partes quibus prouenit linea.e.t.5.partes ⁊.42.minuta.⁊ propter illud erit chorda.e.g.secũduз istas partes.62.partes et.5.minuta.Ergo secundum partes quibus chorda.g.e.ẽ.120.partes: erit linea e.t.vndecem partes ⁊ minutuз vnũ.et erit arcus qui est super eã.10.ptes et.32. minuta:secũdum partes quibus circulus qui describitur circa trianguluз.g.e.t.ortogoniũ

ẽ.360.partes.Opoꝛtet ergo propter illud vt sit angulus.e.g.t.etiam.10.partes et.32.mi-
nuta.scōm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Sed scōm istas partes posi
tus fuit angulus.g.r.l.113.partes.ergo angulus.g.e.l reliquus erit secūdum istas partes.
102.partes ⁊.28.minuta.⁊ secūdum partes quibus quatuoꝛ anguli recti sunt.360.ptes:
erit.51.partes ⁊.14.minuta.hec ergo est sūma partium quibus stella in habitudine tertia
fuit visa diuersa a longitudine longioꝛe. Jam autem fuit ostēsum ꝙ in habitudine secūda
fuit diuersa ab hac lōgitudine longioꝛe.16.partibus ⁊.40.minutis.Opoꝛtet ergo propter
illud vt sit quod prouenit ex longitudine que videtur inter habitudinē secūdam ⁊ habitu-
dinem tertiam ipsa superfluitas inter duas longitudines ⁊ illud est.34.partes et.34.mi-
nuta.Et illud est conueniens etiam ei quod prouenit ex eis per considerationes.




ET manifestuꝫ est ex eo ꝙ quia huius stelle locus fuit in habitudine tertia super.
14.partes et.14 minuta capꝛicoꝛni.et fuit diuersa a longitudine longioꝛe secun
dum ꝙ ostensum est.51.partibus et.14.minutis.tunc longitudinis longioꝛis
in oꝛbe centri egredientis fuit locus super.23.partes scoꝛpionis et lōgitudinis
propinquioꝛis super partem oppositam huic parti:et est vigesimatertia pars tauri.¶Et si
militer etiam si descripserimus circa centrum.g.oꝛbem reuolutionis:super quē sint.h.t.k.
et posuerimus in illo cursum medium in longitudine oꝛbis reuolutionis a longitudine lō
gioꝛe in oꝛbe egredientis centri partes quarum sūma demonstrata est ex eo:⁊ sunt.56.p-
tes et.30.minuta.prouenit arcus.t.k.oꝛbis reuolutionis.5.partes ⁊.16.minuta:propte-
rea ꝙ angulus.e.g.r.iam ostēsum est ꝙ est.10.partes ⁊.32.minuta.secūdum partes q̄bus
duo anguli recti sunt.360.partes.Opoꝛtet ergo vt arcus.h.t reliquus et est ille qui est a
longitudine longioꝛe in oꝛbe reuolutionis ad stellam proueniat.174.partes ⁊.44.minu-
ta.Ergo in hoꝛa habitudinis tertie.scꝫ in anno vigesimo ānoꝛum Adriani:in mense mesu-
re apud egyptios:in die vigesimoquarto eius:in medietate diei fuit stelle Saturni cū aspe
xerunt in re eius secūdum cursum medium elongatio in longitudine a longitudine lōgio-
re in oꝛbe egredientis centri.56.partes ⁊.30.minuta.scꝫ quia eius locus fuit super.19.p-
tes ⁊.30.minuta capꝛicoꝛni.et fuit eius longitudo in diuersitate a longitudine longioꝛe in
oꝛbe reuolutionis.174.partes ⁊.44.minuta.Et iste sunt res quaꝝ intēdimus inuētionē.

¶Capitulum sextum in declaratione quātitatis oꝛbis reuolutionis stelle Saturni.

DEide post illud accepimus ad decla-
randam quātitatem oꝛbis reuolutionis stelle Saturni considerationem
quam cōsiderauimus in anno secūdo annoꝛum antonij:in mense mathir
apud egyptios:in die sexto eius:in nocte quā sequitur dies septimus:an
te medietatem noctis quatuoꝛ hoꝛis equalibus.Et illud est quia fuit me
dians celum in instrumento considerationis pars postrema arietis quia
fuit pars loci solis super.28.partes ⁊.41.minuta sagittarij.Et fuit tunc stelle saturni pro-
pterea ꝙ considerauimus eam cum aldebaran visus locus super nouem partes ⁊ partem
quintādecimā partis aquarij.et fuit diuersa a centro lune in medietate partis fere.⁊ illud
quia fuit hec quātitas longitudinis eius a coꝛnu eius septētrionali.Locus autē lune fuit
in illa hoꝛa per cursum suum medium super octo partes ⁊.55.minuta aquarij et fuit eius
locus in diuersitate super.174.partes ⁊.15.minuta a longitudine longioꝛe in oꝛbe reuolu
tionis.Et propter illud opoꝛtuit vt cursus eius veri fuisset locus super noueꝫ partes ⁊.40.
minuta aquarij.⁊ cursus eius qui visus est in Alexādria super octo partes ⁊.34.minuta
eius.Ex hoc itaqꝫ modo etiam opoꝛtuit in stella Saturni:quia fuit diuersa a centro lune
medietate partis fere:vt fuisset eius locus super nouem partes ⁊ partem quintādecimam
partis aquarij.et vt fuisset eius longitudo a longitudine longioꝛe in oꝛbe suo egredientis
centri:quia non euenit ei ex motu locali in hac quātitate partis tempoꝛis de quo fit curan
dum.76.partes ⁊.4.minuta.Quia igitur tēpus quod fuit ab habitudine tertia vsqꝫ ad ha-
bitudinē hui⁹ cōsiderationis:est duo āni egyptij:⁊ centum ⁊ sexagintaseptē dies:⁊ octo ho
re.Et fuit etiam stella Saturni mota secūdum crossitudinem numerationis in hac quāti-
tate tempoꝛis in longitudine quidem parte vna ⁊ octo minutis.et in diuersitate.134.parti
bus ⁊.24.minutis.Tunc cum nos addiderimus super has duas radices quas narrauim⁹
in habitudine tertia:proueniet nobis in hoꝛa huius considerationis:cuius premisimus no-
minationē:radix stelle Saturni in longitudine quideꝫ super.86.partes ⁊.33.minuta a lō-
gitudine longioꝛe in oꝛbe egredientis centri.⁊ in diuersitate super.309.partes ⁊.8.minu-
ta a longitudine longioꝛe in oꝛbe reuolutionis.

POstquam igitur iam explanate sunt he due intētiones:ponam etiam descriptio-
nē que posita est opposito hui⁹ intentionis cursu ad hoc vt ponatur oꝛbis reuo-
lutionis in ea sequēs longitudinem longioꝛem in oꝛbe egrediētis centri:⁊ pona
tur stella in eadem antecedens longitudinem longioꝛem in oꝛbe reuolutionis:se
cūdum ꝙ conuenit ei quod positum est de duobus cursibus.Et q2 angulus.a.r.b.scꝫ angu-




lis.d r.m.scõm partes quibus quatuoꝛ anguli recti sunt.360.partes:iam positus est.86 partes ꝛ.33.minuta.ꝛ secũduꝫ partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:est.173 partes ꝛ sex minuta.erit etiam arcus qui est super lineaꝫ.d m.173.partes ꝛ sex minuta secundum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d r.m.oꝛtogonium est 360 partes ꝛ erit arcus qui est super lineam.r.m.partes relique ad complendum semicirculum:ꝛ sunt sex partes ꝛ.54.minuta.linea igitur.d.m.vna duarum linearum que subtẽduntur eis:erit.119 partes ꝛ.47 minuta:secũdum partes quibus choꝛda.d.r.est.120.partes.ꝛ erit linea r.m.scõm istas partes.7.partes ꝛ.13.minuta.Opoꝛtet ergo pꝛopter illud vt secũdum partes quibus linea.d r.ꝛ est ea que est inter duo cẽtra:est tres partes ꝛ.25.minuta.ꝛ linea.d b.que est a centro oꝛbis egrediẽtis centri est.60.partes:fit linea.d.m.tres partes ꝛ.25.minuta fere.ꝛ linea.r.m.secũdum illud exemplum duodeceꝫ minuta.Et quia cum quadratum qđ est ex linea.d.m minuitur ex quadrato quod est ex linea.d.b.est ex eo quadratum quod est ex linea.b.m pꝛoueniet nobis linea b.m.etiam secũdum istas partes.59.partes ꝛ.54.minuta.Et scõm illud exemplum quia linea.r.m.est equalis linee.m.l.et linea.e.l.est dupla linee.d.m pꝛoueniet nobis linea.b.l.tota.60.partes ꝛ sex minuta:secundum partes quibus colligitur vt linea e.l.fit.6.partes ꝛ.50.minuta.Et pꝛopter illud erit choꝛda.e.b.scõm istas partes.60.partes ꝛ 29 minuta.Ergo secũdum partes quibus choꝛda.e.b est.120.partes:erit linea.e.l.13.partes ꝛ.33.minuta.ꝛ erit arcus qui est super eaꝫ.12.partes ꝛ.58.minuta:secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulũ.b e.l.oꝛtogonium est.360.partes.Opoꝛtet ergo pꝛopter illud vt fit angulus.e b.l.etiam.12.partes ꝛ.58.minuta.secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Secũdum istas vero partes positus fuit angulus.a.r.b.173.partes ꝛ sex minuta.ergo angulus.a.e.b.reliquus scõm istas partes erit.160.partes et.8.minuta.Sed angulus.a e k.qꝛ cõpꝛehendit longitudinem que videtur inter stellam ꝛ inter longitudinem longioꝛem ergo ipse est positus secũdum partes quibus quatuoꝛ anguli recti sunt.360.partes.76.partes et quatuoꝛ minuta.Et scõm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:est.152.partes ꝛ octo minuta.Ergo angulus.k.e.b.reliquus pꝛoueniet nobis secũdũ istas partes octo partes.Opoꝛtet ergo pꝛopter illud vt fit arcus etiam qui est super lineaꝫ.b.n.octo partes secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulũ.b.e.n.oꝛtogonium est.360.partes.ꝛ erit linea.b.n.octo partes ꝛ.22.minuta.scõm partes quibus choꝛda.e.b.ẽ.120.partes.ergo secũdum partes quibus linea.e.b.est.60.partes ꝛ.29.minuta.Et linea que est a centro oꝛbis egredientis centri est.60.partes:erit linea.b.n.4.partes ꝛ.13.minuta.Et etiam quia longitudo stelle a puncto.b.ꝛ est longitudo longioꝛ in oꝛbe reuolutionis:est.309.partes ꝛ.8.minuta.erit etiam arcus.b.t.k.reliquus.50.partes ꝛ.52.minuta.Ergo angulus.h.b.k.est secũdum partes quibus quatuoꝛ anguli recti sunt.360.partes.50.partes ꝛ.52.minuta.et secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.101.partes ꝛ.44.minuta.Sed scõm istas partes fuit angulus.e.b.r.scꝫ angulus.h.b.t.12.partes et 58.minuta.ergo angulus.t.b.k.reliquus erit.88.partes ꝛ.46.minuta.secũdum partes quibus ostensum est ꝙ angulus.k.e.b.est octo partes.erit ergo angulus.e.k.b.reliquus scõm istas partes.80.partes ꝛ.46.minuta.Opoꝛtet ergo pꝛopter illud vt fit arcus qui est super lineam.b.n.80.partes ꝛ.46.minuta.secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.b.k.n.oꝛtogonium est.360.partes.ꝛ erit linea.b.n.77.partes ꝛ.45.minuta.secũdum partes quibus choꝛda.b.k.est.120.partes.ergo secũdum partes quibus ostẽsum est ꝙ linea.b.n.est.4.partes ꝛ.13.minuta.ꝛ linea que est a centro oꝛbis egrediẽtis cẽtri est.60.partes:ꝛ erit linea.b.k.que est a cẽtro oꝛbis reuolutionis pꝛoueniet sex partes ꝛ medietas partis fere.Jam igitur pꝛouenit nobis quidem ꝙ longitudinis longioꝛis stelle Saturni fuit locus in pꝛincipio regni antonij super.23.partes scoꝛpionis.ꝛ ꝙ secũduꝫ partes quibus linea que est a centro oꝛbis deferentis oꝛbem reuolutionis est.60.partes ẽ linea que est in eo quod est inter duo cẽtra.scilicet in eo qđ est inter cẽtrum oꝛbis signoꝛuꝫ ꝛ inter cẽtrum oꝛbis egredientis centri qui facit motum equalem:puenit sex partes ꝛ.58.minuta ꝛ ꝙ linea que est a centro oꝛbis reuolutionis:scõm istas partes est sex ptes ꝛ.30.minuta.Et iste sunt res quarum intendimus inuentionem.

¶ Capitulum septimum in verificatione motuum stelle Saturni reuolubilium.

ET quia iam remansit nobis vt declaremus qualiter verificantur motus eius reuolubiles: Accepimus pꝛopter illud etiam vnam considerationum antiquarum: que firmata fuit secũdum verificationem: ꝛ in qua non est dubitatio. Jn qua dixerunt etiam: ꝙ in anno.802.ãnoꝝ chaldeoꝝ: in vno mensiũ eoꝛum nominato chescẽdesin: in die q̃nto eius: in pꝛima parte noctis: fuit stella Saturni sub humero meridiano vᵍginis duobꝰ digitis.Et hec hoꝛa fuit in ãno q̃ngẽtesimo ꝛ decimonono a tpe nabuch.in mẽse tobi: in die.14.eiꝰ apud egyptios: in vespe.Et in hac

hora inuenimus locũ solis per cursum suũ mediũ super sex ptes ⁊ decẽ minuta pisciũ. Ue-
rum stelle fixe que est in humero meridiano virginis: fuit locus in hora quidẽ nostre cõsi-
derationis super tredecem partes ⁊ sextã ptis virginis. Et in hora q̃dẽ huius cõsideratio-
nis quã narrauimus: ppterea q̄ pertinet trecẽtis et sexagintasex ãnis: qui sunt in eo qd̄ ẽ
inter duas cõsiderationes ex motu stellaꝝ fixaꝝ tres ptes ⁊ due tertie ptis fere tũc manife-
stũ est q̄ eius loc⁹ fuit sup nouẽ ptes ⁊ medietatẽ aut tertiã ptis v̄ginis. Et ille fuit loc⁹ Sa
turni ẽt. q: decliuior fuit ad meridiẽ illa stella fixa duob⁹ digitis. Et sil'r etiã q: eius lõgitu-
do lõgior iam ostẽsum est q̄ fuit in tpe nostro super. 23. ptes scorpionis. tũc oportet q̄ fue
rit eius locus in illa cõsideratione dicta sup decẽ ⁊ nouẽ partes et tertiã partis scorpionis.
Ex eo igitur colligit̃ q̄ in illa hora dicta fuit stelle per visum longitudo a longitudine lon-
giore in orbe signoꝝ. 290 ptes ⁊. 10. minuta. et fuit cursus medij solis longitudo ab illa lõ
gitudine longiore. 106. ptes ⁊. 50. minuta. ¶ Et postquã he due intẽtiões explanate sunt:
ponat̃ ẽt descriptio que est in tali qualis est hec intentio in declaratiõe: ita vt ponat̃ orbis
reuolutionis in ea antecedẽs longitudinẽ longiorẽ. ⁊ ponatur medius cursus solis p̄cedẽs
longitudinẽ propinquiorem: q: linea que est a centro orbis reuolutionis ad stellã: eq̃distat
linee que est a cẽtro orbis signoꝝ ad solẽ. ⁊ q: stella Saturni visa est precedere lõgitudinẽ
longiorẽ s̃m partes reliquas ad cõplendũ circulũ vnũ: ⁊ sunt. 69. partes ⁊. 50. minuta: erit
angulus. a. e. t. q: est apud centrũ orbis signorũ scd̃z partes quibus q̃tuor anguli recti sunt.
360. partes. 69. partes et. 50. minuta. ⁊ s̃z ptes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes:
erit. 139. ptes ⁊. 40. minuta. Jam aũt positus fuit angulus. a. e. l. ⁊ est angulus lõgitudinis
solis a longitudine lõgiore s̃m ptes quibus q̃tuor anguli recti sunt. 360. ptes. 106. partes
⁊. 50. minuta. et s̃m partes q̃b⁹ duo anguli recti sunt. 360. ptes. 213. ptes et. 40. minuta.
ergo angulus. t. e. l. totus. sc̃z angulus. b. t. e. q: sunt due linee. b. t. et. e. l. eq̃distãtes: erit. 353.
ptes ⁊. 20. minuta. s̃m ptes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes. ⁊ angulus. b. t. n. reli
quus s̃m istas partes erit. 6. ptes ⁊. 40. minuta. Oportet ergo ppter illud: vt sit etiam arc⁹
qui est sup lineã. b. n. 6. partes ⁊. 40. minuta. scd̃m ptes quibus circulus qui describit̃ circa
triangulũ. b. t. n. ortogoniũ est. 360. partes. ⁊ erit linea. b. n. sex ptes ⁊. 58. minuta. s̃m ptes
q̃bus chorda. b. t. est. 120. ptes. ergo s̃m partes q̃bus linea. b. t. que est a cẽtro orbis reuolu
tiõis: est. 6. ptes ⁊. 30. minuta: erit linea. b. n. vigintitria miuta. Et s̃m illud exẽplũ q: angu
lus. a. e. t. est. 139. ptes ⁊. 40. minuta. s̃m ptes q̃bus duo anguli recti sunt. 360. partes. ⁊ an
gulus. e. d. m. s̃m istas ptes est. 40. partes ⁊. 20. minuta. erit ẽt arcus qui est sup lineã. d. m.
139. ptes ⁊. 40. minuta: s̃z partes q̃bus circulus qui describitur circa triãgulũ. d. e. m. orto-
goniũ est. 360. ptes. ⁊ erit linea. d. m. ipsa ẽt. 112. ptes et. 39. minuta s̃m partes q̃bus chor
da. e. d. est. 120. ptes. ergo s̃m partes q̃bus linea. e. d. que est in eo qd̄ est inter duo cẽtra: ẽ.
3. partes ⁊. 25. minuta. ⁊ linea. d. b. que est a cẽtro orbis egrediẽtis cẽtri: est. 60. partes: erit
linea. d. m. sc̃z linea. n. f. 3 partes ⁊. 12. miuta. ⁊ erit linea. b. f. n. tota. 3. partes et. 35. minuta.
s̃m ptes q̃bus chorda. d. b. est. 60. ptes. ergo s̃z partes q̃b⁹ linea. d. b. est. 120. partes: erit li-
nea. b. f. septẽ ptes ⁊. 10. minuta. Et erit arcus qui est sup eã sex partes ⁊. 52. minuta. s̃z par
tes q̃bus circulus qui describit̃ circa triangulũ. b. d. f. ortogoniũ est. 360. partes. Op3 ergo
ppter illud vt sit angulus. b. d. f. sex partes ⁊. 52. minuta. s̃m partes q̃bus duo anguli recti
sunt. 360. ⁊ erit angulus. d. b. f. reliquus s̃m istas ptes. 173. ptes ⁊ octo minuta. Et erit an-
gulus. d b. e. totus s̃m illud exẽplũ. 213. ptes ⁊. 28. minuta. ⁊ erit angulus. b. d. a. reliqu⁹ s̃m
istas partes. 146. ptes ⁊. 32. minuta. Op3 ergo ppter illud vt sit arcus qui est sup lineã. r.
k. 146. ptes ⁊. 32. minuta. s̃m partes q̃b⁹ circulus qui describit̃ circa triangulũ. d. r. k. orto
gonium est. 360. partes. et erit arc⁹ qui est super lineã. d. k. ptes reliq̃ ad cõplendũ semicir-
culũ. ⁊ sunt. 33. ptes et. 28. minuta. Linea igit̃. r. k. vna duaꝝ lineaꝝ que subtenduntur eis
erit. 114. partes et. 55. minuta. s̃m partes q̃bus chorda. d. r. est. 120. ptes. ⁊ erit linea. d. k.
s̃m istas partes. 34. partes ⁊. 33. minuta. ergo s̃m partes q̃b⁹ linea. d. r. que est ĩter duo cẽ-
tra: est. 3. partes et. 25. minuta. ⁊ linea. d. b. que est a cẽtro orbis egrediẽtis centri: est. 60. p-
tes: erit linea. d. k. s̃m illud exemplũ. 59. partes ⁊ vnũ minutũ. s̃z partes q̃bus fuit linea. r. k.
3. partes ⁊. 17. minuta. et ppter illud erit chorda. r. b. s̃m istas ptes. 59. partes ⁊. 6. minu-
ta. Op3 ergo ppter illud vt s̃m partes q̃bus chorda. r. b. est. 120. partes: sit linea. r. k sex par
tes ⁊. 40. minuta. et arcus qui est super eã sex partes ⁊. 22. minuta. s̃m partes q̃bus circu-
lus qui describitur circa triãgulũ. b. r. k. ortogoniũ est. 360. ergo angulus. r. b. k. erit. 6. par
tes ⁊. 22. minuta. s̃m partes q̃bus duo anguli recti sunt. 360. partes. Scd̃z v̄o istas partes
fuit angulus. a. d. b. 146. partes ⁊. 32. minuta. ergo angulus. a. r. b. totus: ⁊ est ille qui cõpre
hendit cursum eq̃lẽ in longitudine: puenit nobis s̃m istas partes. 152. partes ⁊. 54. minu
ta. ⁊ s̃m partes q̃bus q̃tuor anguli recti sunt. 360. partes. 76. partes et. 27. minuta. Fuit er
go longitudo stelle Saturni in hora illius cõsideratiõis dicte a lõgitudine lõgiore per cur-
sum suũ mediũ in longitudine. 283. partes ⁊. 33. minuta. sc̃z q: locus eius fuit sup duas p
tes et. 53. minuta virginis. Et quia cursus solis medius iam fuit posit⁹. 106. ptes ⁊. 50. mi
nuta. tunc si nos addiderimus sup illud partes circuli vnius: ⁊ sunt. 360. partes. et minue-




rimus ex eo qđ aggregat̃: ⁊ est.466.partes et.50.minuta.partes lõgitudinis: ⁊ sunt.283.
partes ⁊.33.minuta: proueniet nobis eius longitudo in illa hora eadem in diuersitate etiã
a longitudine longiore in orbe reuolutionis.183.ptes ⁊.17.minuta. Et qꝛ in hora huius
cõsiderationis quã intẽdimus: ⁊ fuit in ãno q̃ngẽtesimo ⁊ decimonono pfecto a tẽpore na
buch.in mense tobi: in die q̃rtodecimo eius: in p̃ma hora noctis: demonstratũ est qꝫ eiꝰ lõ
gitudo fuit a longitudine longiore in orbe reuolutionis.183.partes ⁊.17.minuta.in hora
habitudinis tertie. Et fuit in ãno octingentesimo et octuagesimotertio a tẽpore Nabuch.in
mense mesure: in die vigesimoq̃rto eius in medietate diei.et fuit eius lõgitudo ab ea.174.
partes ⁊.44.minuta. Tunc manifestũ est: qꝫ in tempore qđ est inter duas consideratiões ⁊
cõprehendit trecentos ⁊ sexagintaq̃tuor annos ⁊ ducentos ⁊ decem et nouẽ dies ⁊ medie
tatem ⁊ quartam diei: mota fuit stella Saturni post reuolutiones integras in diuersitate.
351.partibus et.27.minutis. Et fortasse erit hec sũma etiã que aggregatur ei ex partibus
superfluitatis in tabulis: quas premisimus ⁊ narrauimus cursus motuũ medioꝝ.quoniã
fuit etiam cursus medius in die ionũ per has easdem rectificatus: qꝛ diuisimus partes que
aggregantur ex numero reuolutionum: ⁊ ex superfluitate per numerum dieꝝ qui aggregã
tur in eo qđ est inter duas considerationes.

¶ Capitulum octauum in descriptione radicis motuum stelle Saturni reuolubilium.

ET quia tempus quod est a p̃mo an-
norum nabuch.a die p̃ma mensis thuth: a medietate diei ad horã cõside-
rationis antique dicte est q̃ngẽti ⁊ decẽ et octo ãni egyptij: ⁊ centũ ⁊ tri
gintatres dies ⁊ q̃rta diei.et in hoc tempore superfluũt ex partibus in lõ-
gitudine.216.partes et.10.minuta.⁊ in diuersitate.147.ptes ⁊.15.mi-
nuta.tũc si nos minuerimus has duas superfluitates ex duabus radicibꝰ
dictis in cõsideratione: proueniet etiam nobis in illa hora nota in com-
prehensionibus siue in radicibus: radix stelle Saturni per motum suum medium in longi
tudine super.26.partes ⁊.43.minuta capricorni.⁊ in diuersitate super.33 partes et.5.mi
nuta a longitudine longiore in orbe reuolutionis eius.⁊ propter illud idem erit longitu-
do longior in orbe egrediẽtis centri in.14 partibus ⁊.10.minutis scorpionis. Et iste sunt
res quarum intendimus inuentionem.

¶ Capitulum nonum qualiter proueniant cursus veri propter motus reuolubiles secun-
dum semitas linearum.


ET secũdum istas res easdem decla-
ratur nobis: qꝫ cũ conuertent̃ res: ⁊ fuerint duo arcus duaꝝ reuolutio
nũ.scꝫ arcus qui est orbis egrediẽtis centri: quẽ cõprehẽdit motus eq̃-
lis: ⁊ arcus qui est orbis reuolutiõis dati.tũc iam preparata erit ptra
ctio cursuũ stellaꝝ s̃m visum facili studio per semitã linearũ. Et illud
qꝛ si nos descripserimus formã superficialẽ: in qua sint orbis egrediẽ-
tis centri: ⁊ orbis reuolutionis.⁊ produxerimus in ea duas lineas.r.b.t.et.e.b.h.tũc quãdo
fuerit cursus medius in lõgitudine datus, scꝫ angulus.a.r.b.erit angulus.a.e.b.datus.⁊ erit
angulus.e.b.r.scꝫ angulus.h.b.t.datus in duabus radicibus simul: s̃m quas opamur: pro-
pter res q̃rũ p̃misimus narratiões ⁊ declaratiões.⁊ ppter illud ẽt erit pportio linee.b.e.ad li
neam que est a centro orbis reuolutionis data. Et cũ posita fuerit stella verbi gratia super
pũctũ.k.orbis reuolutionis ⁊ cõiũcte fuerint linee.e.k.et.b.k.⁊ fuerit arcus.t.k.datus pro
ducemus sup lineã.e.b.h.a stella.k.ppendicularem.k.l producemus a pũcto qđ est super
stellã: ⁊ est pũctũ.k.perpẽdicularẽ super lineã.e.b.h.sicut pduximus hic perpendicularẽ.
k.l.ergo angulus.h.b.k totus erit datus.⁊ ppter illud erit pportio linee.k.l.ad lineam.l b.
⁊ ad lineã.b.k.⁊ ad lineã.e.b.data.et illud est manifestum et seq̃tur ex eo vt sit proportio li
nee.e.l.totius ad lineam.l.k.data. Opꝫ ergo ppter illud cũ fuerit angulus.l.e.k.datus: vt p
ueniat nobis angulus.a.e.k.totus ẽt datus.et ipse comprehẽdit longitudinem que videt̃
a longitudine longiore stelle.



¶ Caplm decimum in modo faciendi tabulas diuersitatis stellarum.

VT autẽ non sit nobis necesse in hora
omni nũerare cursus qui vident̃ per semitas lineaꝝ mensurabilium: quã
uis hoc modo tantũ verificet̃ quesitũ ex eo.sed s̃m ipsum operari est dif-
ficile et plixe acceptionis: cũ necesse fuerit agere illud qđ est ex eo nume
ratũ ⁊ p̃paratũ ex eo cuius cursus est mensurabilis: studuimus facere ta-
bulas cuiusqꝫ quinqꝫ stellarum erraticarũ q̃ facilioris acceptionis potuimus et propinq̃o
ris: preter hoc perscrutationis vehementis ⁊ subtilis: comprehẽdẽtes diuersitates eaꝝ pti-

gulares equatas vt cū positi fuerint nobis motus eaꝝ reuolubiles a longitudine lōgiore. scʒ vnius et vnius earuʒ: possimus nūerare ex eo facilius cursus eaꝝ qui videnť in omni hora. Jam vero firmauimus vnāquāqꝫ haruʒ tabulaꝝ in quadragintaquqꝫ areis: q̃rēdo pulcritudinem mēsuratiōis. et in tabulis octo. Due itaqꝫ p̄me haꝝ tabularū cōprehendūt nūeros cursuū medioꝝ in lōgitudine: sicut factū est in sole ꝛ in luna. Sed p̄ma eaꝝ ordinata ē. 180. ptibus. Quarū p̄ncipiū est ab altitudine circuli ad inferiora eius descēdendo. Et scd̄a eaꝝ est ordinata. 180. partibus reliquis medietatis circuli: ab inferiori ascendēdo. ita vt numerus. 180. sit positus in duabus tabulis simul in area postrema. Et posuimus sup̄fluitatē inter eas in quindeceʒ q̄dē areis que sunt a superiori eaꝝ senas partes ꝛ senas partes. ꝛ in triginta areis reliquis que sunt sub eis ternas partes ꝛ ternas partes. ꝑpterea ꝙ augmēta diuisionū diuersitatū eius q̄ꝺ sequiť longitudineʒ lōgiorē parū diuersificanť ab inuicē. Eius vero q̄ꝺ sequiť longitudinē ꝑpinq̄orē: alteratio earū augetur velociter. Tabulaꝝ octo duarum que sequunť has duas: tertia eaꝝ cōprehēdit augmēta ꝛ diminutiōes que sunt sup̄ numeros qui sunt in areis cuiusqꝫ stellaꝝ medij cursus in longitudine ꝑpter orbem egredientis cētri maioris egressionis a cētro. eius tn̄ acceptio est s̄m rē simplicē: ꝛ sicut si centrū orbis reuolutionis moueret sup̄ orbē ipsum egrediētis cētri. Et tabula q̄rta est ea que cōprehendit sup̄fluitatē que aggregať ex additiōibus ꝛ diminutiōibus: ꝑpea ꝙ centrū orbis reuolutiōis non sup̄ hūc orbē cuius p̄cessit narratio reuolniť: sed sup̄ orbē aliū. Modus aūt quo inueniť vnaquaqꝫ haꝝ duaꝝ rerū simul ꝛ singulariter s̄m viā linearū: iam leuiter sciť per figuras plures quas p̄misimus ꝛ posuimus in loco alio ab isto. Et q͛ intēdimus firmare has duas intētiōes in libro: tūc melius igiť nobis est vt sciamus hanc equationē diuersitatis cōpate ad orbē signoꝝ visibilr. et iō posuimus eā in duabus tabulis. Sed tamē cum necesse esset per ipsam opari ꝛ agere: cōtenti essemus tabula vna. ꝛ est ea que cōprehendit augmētū ꝛ diminutionē inuētā in his duabus tabulis. Triū aūt tabulaꝝ que sequunť has duas: queqꝫ cōprehēdit augmēta ꝛ diminutiōes que sunt ꝑpter orbē reuolutiōis. ꝛ iste ēt sunt accepte s̄m rem simplicē ꝛ s̄m ꝙ in longitudine longiore ꝛ longitudine ꝑpinq̄ore in vnaq̄qꝫ eaꝝ non opamur nisi s̄m duas lōgitudines a visibus nr̄is. ꝛ s̄m ꝙ modus illius in declaratiōe eius ēt iam facilius scitur per figuras q̄s nos prius posuimus. Et tabula media haꝝ triū tabularū: ꝛ est tabula sexta a p̄ma tabula: cōprehēdit augmēta ꝛ diminutiōes que aggreganť s̄m lōgitudines medias. Quinta v̄o cōprehēdit sūmā sup̄fluitatis que est in diuisiōibus silibus illis eisdē inter augmēta ꝛ diminutiōes in maiori lōgitudine ꝛ inter ea in longitudine media. Tabula v̄o septima cōprehēdit sūmā sup̄fluitatis que est inter augmēta ꝛ diminutiones in minori longitudine ꝛ iter ea in longitudine media. Nos enim iam demonstrauimus ꝙ s̄m ptes q̄bus linea que est a cētro orbis reuolutiōis stelle Saturni q̄dē est nāqꝫ melius nūc vt incipiamus a superiori est sex partes ꝛ. 30. minuta. et stelle Jouis. 11. partes ꝛ. 30. minuta. ꝛ stelle Martis. 39. partes ꝛ. 30. minuta. et stelle Ueneris. 43. ptes ꝛ. 10. minuta. et stelle Mercurij. 22. partes et. 30. minuta. est lōgitudo omniū eaꝝ media. 60. partes. scʒ longitudo que reperiť per cōparationē ad lineā egredientē a cētro orbis egrediētis centri deferentē orbē reuolutionis. ꝛ ꝙ maior longitudo eaꝝ s̄m cētrū orbis signoꝝ in stella quidē Saturni est. 63. ptes ꝛ. 25. minuta. et in stella Jouis est. 62. partes ꝛ 45. minuta. ꝛ in stella Martis. 66. partes. et in stella Ueneris. 61. partes et. 15. minuta. et in stella Mercurij. 69. ptes. et q̄ꝺ minor lōgitudo eaꝝ s̄m illud exemplū in stella Saturni est. 56. ptes ꝛ. 35. minuta. et in stella Jouis. 57. ptes ꝛ. 15. miuta. et in stella Martis. 54. ptes. ꝛ in stella Ueneris. 58. partes ꝛ. 45. minuta. et in stella Mercurij. 55. partes ꝛ. 34. minuta. Tabulam aūt sequētē eas ꝛ est tabula octaua: ordinauimus: quoniā ex ea sumunť partes que pertinēt superfluitatib⁹ quas narrauimus: cū non fuerunt orbes reuolutionis stellaꝝ in antiqua lōgitudine media a maiore aut minore. sed cōtingerit vt sint in cursibus qui sunt in eo q̄ꝺ est inter eas. Q̄ꝺ aūt numerauimus ex hac verificatione ꝛ firmauim⁹ in tabulis non firmauimus ex eo nisi q̄ꝺ est maius tantū ex additionibus ꝛ diminutionib⁹ in vnaquaqꝫ longitudinū que sunt in eo quod est inter ea: quod prouenit per lineas rectas: que producuntur a visibus nostris in eo quod est inter orbem reuolutionis. non enim iter illud quod pertinet istis superfluitatibus s̄m diuisiones particulares orbis reuolutionis: et inter id quod pertinet eis in plurimo quod est ex additionibus ꝛ diminutionibus est diuersitas que habeat quātitatem de qua sit curādum. ¶ Et vt augeatur in eo quod narrauimus manifestatio: ꝛ sciatur capitulum ipsum in inuentione haꝝ portionum: ponā lineam transeuntem per cētrum orbis signorum et per centrū orbis qui comprehendit motum orbis reuolutionis equalem. sitqꝫ linea. a. b. g. d. ꝛ ponam vt cētrum orbis signorum sit punctum. g. ꝛ centrum motus equalis orbis reuolutionis punctum. b. ꝛ protraham lineā. b. e. ꝛ signabo circa punctum. e. orbem reuolutionis: super quē sint. r. h. ꝛ producam a puncto. g. lineam. g. h. contingentem ipsum. et protraham lineam. g. e. ꝛ perpendicularem. e. h. Et ponā secūdum viam exempli in vnaquaqꝫ quinqꝫ stellarum: vt centri orbis reuolutionis longi-



tudo secūdum equalitatem a longitudine longiore in orbe egredientis cētri sit.30.partes.
Dico ergo (vt non reiteremus probationem:et prolongetur eius relatione numeratio:et ꝓ
pterea ꝙ iam fuit ostensum per figuras plures in eo quod precessit in radice:secūdum quā
agitur in stella Mercurij:ꝛ in radice secundum quā agitur in reliquis stellis) ꝙ angulus.
a.b.e.cum fuerit datus:erit proportio linee.g.e.ad lineam que est a centro orbis reuolutio-
nis.scʒ linea.e.b.data.Et hec proportio proueniet secūdum numeratione in vnaquaqʒ stel-
larum quinqʒ:cum positus fuerit angulus.a.b.e.triginta partes:secūdum partes quib⁹ qua
tuor anguli recti sunt.360.partes:in stella quidem Saturni proportio sexagintatriū ptiū
ꝛ duorum minutorum ad sex partes et triginta minuta.et in stella quidem Jouis propor-
tio sexagintaduarum partium ꝛ vigintisex minutorum ad vndeceʒ partes ꝛ triginta minu
ta.et in stella quideʒ Martis proportio sexagintaquinqʒ partium ꝛ vigintiqtuor minuto-
rum.ad trigintanouem partes et triginta minuta.et in stella Ueneris proportio.61.partiū
ꝛ sex minutoꝝ.ad quadragintatres partes et decē minuta. ꝛ in stella Mercurij proportio
sexagintasex partium ꝛ trigintaquinqʒ minutorū ad vigintiduas partes et triginta minu-
ta.Angulus.e.g.h.et est ille qui cōprehendit tunc maius quod est ex augmento ꝛ diminu-
tione propter orbem reuolutionis:proueniet nobis secundum partes quibus quatuor an-
guli recti sunt.360. partes.in stella quidem Saturni quinqʒ partes ꝛ.55.minuta et me-
dietas minuti. ꝛ in stella Jouis decem partes et.36.minuta et medietas minuti.et in
stella Martis.37.partes ꝛ.9.minuta. et in stella Ueneris.44.partes ꝛ.56.minuta
et medietas minuti. ꝛ in stella Mercurij.19.partes ꝛ.45.minuta. Jllud autem quod
ex maiori quod est ex additionibus et diminutionibus prouenit:secundum proportiones
quas posuimus ante in longitudinibus medijs:secūdum ordinem quo cucurrimus in stel
lis:vt sit preparatuʒ:est sex partes ꝛ.13.minuta.et.11.partes ꝛ tria minuta:et.41. partes
ꝛ.10 minuta.et.46.partes.et.22.partes ꝛ duo minuta.Et in maioribus que sunt ex lon-
gitudinibus.5.partes ꝛ.53.minuta.et.10.ptes et.34.minuta.et 36.partes et.45.miūta.
et.44.partes et.48.minuta.et.19.partes et duo minuta.Et in minoribus que sunt ex lon
gitudinib⁹ sex ptes et.36.minuta.et.11.partes et.35.minuta et.47.partes et vnum mi-
nutum.et.47.partes et.17.minuta.et.23.partes et.43.minuta.Est ergo diuersitas inter
additiones et diminutiones in longitudinibus medijs:quia inter eas in longitudinib⁹ ma
ioribus.20.partes et.29.minuta.et.4.partes et.25.minuta.et pars vna et.12.minuta.et
tres partes.Et est diuersitas inter eas in lōgitudinibus medijs et inter eas in longitudini
bus minoribus.23.partes et.32.minuta.et.5.partes et.51.minuta.et pars vna et.17.mi
nuta.ꝛ pars vna et.51.minuta.Et quia additionum ꝛ diminutionum que sunt longitudi-
nuʒ quesitaruʒ:minores sunt in longitudinibus medijs. ꝛ diuersitas inter eas et inter eas
est decem ꝛ septeʒ minuta et medietas.et vigintisex minuta ꝛ medietas.et quatuor partes
ꝛ minutum vnum.ꝛ pars vna et tria minuta ꝛ medietas.et due partes et decem ꝛ septem
minuta.Et hec sunt ex summis superfluitatis totius quam narrauimus inter longitudi-
nes medias ꝛ inter longitudines maiores in stella quidem Saturni.52.minuta et.30.se
cunda.et in stella Jouis.54.minuta et.50.secunda.et in stella Martis.54.minuta ꝛ.34.
secunda.ꝛ in stella Ueneris.52.minuta et.55.secunda.ꝛ in stella Mercurij .45.minuta
ꝛ.40.secunda. Et simile huic est inter longitudines medias ꝛ minores ex superfluitate.
Tunc nos firmauimus hec minuta in tabula octaua:in vnaquaqʒ tabula opposita aree in
qua est numerus triginta partium reuolutionis in longitudine.Sed in quibus longitudī
nibus sunt additiones ꝛ diminutiones plures additionibus ꝛ diminutionibus in longitu
dinibus medijs:addidimus etiam secundum illud exemplum superfluitatem que est inter
eas.scilicet partes ex.60.Sed nos non fecimus illud nisi quia accepimus summas super-
fluitatis inter additiones ꝛ diminutiones in eis: et inter additiones ꝛ diminutiones in lō
gitudinibus minoribus:non in longitudinibus maioribus:sicut fecimus ante.Et secunduʒ
hunc modū in reliq̄s cōprehensionibus siue radicib⁹ nūerauimus minuta que sunt ex sū-
mis superfluitatis sex partiū ꝛ sex partiū a lōgitudine media.ꝛ posuimus ea opposita nu
meris quorum sunt.et demonstrauimus rem secunduʒ hoc.ita vt quod acciderit ex diuer-
sitate sit conueniens ei in sensu sicut diximus:quāuis non sint cursus stellarum in ipso ma
iore qd est ex additionibus ꝛ diminutionibus orbis reuolutionis:sed sint in reliquis parti
bus.Et hec est descriptio tabularum que sequitur.

¶ Capitulum vndecimum in descriptione tabularum equationis quinqʒ stellarum erra-
ticarum in longitudine.

ueniet nobis angulus.g.e.k.tres ꝑtes ⁊ tertia partis:⁊ proueniet angulus.n.e.f.per istas ꝑtes sex partes.⁊ vnusquisqȝ duoꝝ angulorum.a.e.g.et.b.e.d.reliquorum:⁊ sunt duo anguli declinationis orbis egredientis centri scđȝ ꝙ sequitur est pars vna.Et prouenit ex eo arcus.t.k.⁊ est arcus declinationis orbis reuolutionis due partes ⁊ quarta partis.quoniam hec est sũma quã comprehendit partium fere in tabula diuersitatis.he sunt quãtitates q̃s sciuimus angulorum.g.e.k.et.d e.f.In Saturno autem ⁊ Ioue,ꝑpterea ꝙ nos inuenimus cursus eorum qui sunt in arcubus longitudinis propinquioris duorum orbium eoꝝ egredientiȝ centroꝝ nõ diuersificari in sensu a cursibus eorum qui sunt in arcubus longitudinis propinquioris ipsorum condiametralibus:etiã in illis cursibus numerauimus quod intendimus de re eorum scđm vnumquẽqȝ duorum modoꝝ propter comparationem inter duos cursus eorum in longitudine longiore duorum orbium reuolutionis eorum:⁊ inter duos cursus eorum in longitudine propinquiore eorum.Et fuit sũma longitudinis secũdũ ꝙ sciuimus ipsam ex considerationibus particularibus eorum in cursibus quidẽ qui sunt in apparitione ⁊ in occultatione plurimum qđ est ad septẽtrionem ⁊ ad meridiem:in Saturno quidem due partes fere.⁊ in Ioue pars vna.Et in cursibus qui sunt in habitudinib᷒ extremitatis noctis:in Saturno quidem vsqȝ ad tres partes.⁊ in Ioue vsqȝ ad duas partes.Propterea igitur ꝙ iam apparuit propter diuersitatem que est eorũ in cursibus etiam:ꝙ angulorum quibus apud visum subtendunť in longitudine longiore ⁊ in lõgitudine propinquiore orbis reuolutionis equales arcus quicũqȝ proueniunt a cursibus in longitudine longiore:ꝓportio ad angulos qui proueniunt a cursibus in longitudine propinquiore: in Saturni quidem stella est proportio decem ⁊ octo partium ad vigintitres partes.⁊ in stella Iouis est ꝓportio vigintinouem partium ad vigintitres partes.⁊ sunt duo arcus.r.h.et.t.k.orbis reuolutionis equales.tunc ꝓportio anguli.r.e.h.etiam ad angulũ.r.e.k.erit in stella quidem Saturni proportio decem ⁊ octo partium ad vigintitres partes.⁊ in stella Iouis ꝓportio vigintinouem partium ad quadragintatres partes.Angulus vero.h.e.k.quia est superfluitas que est inter duos cursus in latitudine ambarum stellarũ:prouenit ꝑs vna.Cum ergo diuiserimus hanc partem vnam per duas ꝓportiones dictas:proueniet nobis angulus.r.e.h.in stella quidem Saturni 26.minuta.⁊ in stella Iouis.24.minuta.Et proueniet angulus r.e.k.in Saturno quidem.34.minuta.⁊ in Ioue.36.minuta.proueniet ergo angulus a.e.g.reliquus:⁊ est angulus declinationis orbis egredientis centri:in Saturno due partes ⁊.26.minuta.⁊ in Ioue pars vna ⁊.24.minuta.Nos vero restaurauimus ⁊ exercuimus loco horum duorum nũerorum duarũ partium ⁊ semis:⁊ numerũ partis ⁊ semis:querendo facilitatem in operatione Et propter illud aggregatur arcus.t.k.etiam:⁊ est arcus declinationis duorum orbiũ reuolutionis in Saturno quideȝ quatuor partes ⁊ medietas partis ⁊ in Ioue due partes ⁊ medietas partis.et illud est quoniam hec quantitas partium in vnaquaqȝ earum in tabula diuersitatis continet etiam fere duas quantitates quas sciuimus duorum angulorum.r.e.h.et.r.e.k.Et iste sunt res quaruȝ intendimus inuentionem.


¶ Capitulum quartum in modo faciendi tabulas cursuum particularium in latitudine.

Ex his itaqȝ rebus proueniunt nobis quãtitates vniuersales declinationum maiorum orbiũ egredientium cẽtrorum ⁊ orbium reuolutionis.Ut autẽ possimus inuenire leuiter omni hora cursus in latitudine in lõgitudinibus particularibus etiam:assumpsimus tabulas stellis quinqȝ erraticis.⁊ in omni tabula earum simile ei ex areis quod est in vnaquaqȝ tabularum diuersitatũ ⁊ eius aree sunt q̃nqȝ. in duabus igitur primis harum arearum sunt nũeri sicut in illis areis. In areis vero tertijs sunt longitudines in latitudine ab orbe signoruȝ que pertinent sectionibus orbium reuolutiõis particularibus in declinatiõibus maioribus ipsis.In stella quidẽ Ueneris ⁊ in stella Mercurij in duobus nodis orbium egredientiũ cẽtrorum.⁊ in stellis tribus reliquis in partibus septẽtrionalibus orbium egredientiȝ centrorũ:Et in areis quartis etiã in his tribus stellis quod pertinet diuisionibus lõgitudinũ oppositis illis versus partes meridionales orbium egredientium centrorũ:adiuncto ad illud in his trib᷒ stellis plurimo qđ est etiam elongationis orbium eoruȝ egredientiũ centrorũ in septẽtrione ⁊ meridie.¶ Nostra autem nũeratio harum sectionum in stella quidem veneris et in stella Mercurij fuit vno capitulo scđm hunc moduȝ.Ut sit in superficie ortogonaliter erecta super superficiem orbis signorum linea q̃dẽ.a.b.g.differentia cõmunis inter ipsam ⁊ inter superficiẽ orbis signoꝝ.Et linea q̃dẽ,d.b.e.differẽtia cõmunis inter ipsam ⁊ inter suꝑficiẽ orbis reuolutionis.⁊ sit centrum orbis signorum pũctum a.⁊ centrum orbis reuolutionis pũctum.b,⁊ sit linea.a.b.elongatio duoꝝ orbium reuolutionis harum duarũ stellarum in declinationibus earum maioribus.Et signabo circa punctũ.b.orbem reuolutionis.d.e.r.h.et producam diametrũ.r.b.h.ortogonaliter erectam super lineam,d.e.⁊ ponã vt superficies

orbis reuolutionis etiam sit ortogonaliter erecta supra supficiem narratam positam.ita vt sint omnes linee ortogonaliter ꝓtracte super lineaꝫ.d.e.in supficie orbis reuolutiōis equidistantes superficiei orbis signorum.excepta linea.r.b.sola.ipsa nāqꝫ est in superficie orbis signorum. Et sit nostra intentio quādo dederimus proportionē linee.a.b.ad lineam.b.e.et quātitatem declinationis.scꝫ angulum.a.b.e.vt inueniamus cursus harū duarum stellarū in latitudine:quādo fuerit verbi gratia lōgitudo earū a puncto.e.⁊ est longitudo ꝓpinquior orbis reuolutionis quadragintaquinqꝫ partes:scdꝫ partes quibus orbis reuolutionis est.360.partes. Et illud est quia nos eligimus vt declaremus superfluitates que sunt in cursibus in longitudine ꝓpter illud cuius hec est sūma declinationis. Oportet vero vt he supfluitates in locis cursuum qui sunt in eo quod est inter pūctū.e.⁊ est longitudo propinquior:⁊ inter punctum.r.et pūctum.b.diuersificētur in vltimo qd est diuersitatis earum:propterea ꝙ cursus qui sunt in his pūctis que nominauimus:sunt cōuenientes cursibus qui sunt vacui a declinatione. Separabo igitur arcum quātitatis harum partium quas diximus:⁊ sunt quadragintaquinqꝫ ptes.sitqꝫ arcus.e.t.⁊ protraham super lineam.e.b.perpēdicularem.t.k.⁊ supra superficiem orbis signorū duas perpendiculares.k.l.et.t.m.⁊ coniūgam lineas.t.b.et.l.m.et.a.m.et.a.t.manifestum est igit̄ ex propinquo:ꝙ quadrilaterū super qd sunt.l.k.t.m.est equidistantiuꝫ laterum:⁊ rectorum angulorū:propterea ꝙ linea.k.t.est equidistans superficiei orbis signorum. Et manifestum est etiam ꝙ augmētum ⁊ diminutionē in longitudine comprehendit angulus.l.a.m.et cursus in latitudine comprehendit angulus.t.a.m.quoniā duo anguli.a.l.m.et.a.m.t.sunt etiam recti:ꝓpterea ꝙ linea.a.m.etiam cadit in superficie orbis signorum. Quātitates autem cursuum quesitorū in vnaquaqꝫ duarū stellarum quarum ꝑcessit relatio quātū comprehendant iam:oportet nunc vt ostendamꝰ.⁊ incipiemus a stella Veneris. Dico igitur ꝙ arcus.e.t.quia est quadragintaquinqꝫ ptes:scdm partes quibus orbis reuolutionis est.360.partes.tunc angulus.e.b.t.quia est apud centrum orbis reuolutionis:erit fm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.45.partes.⁊ scdm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:erit.90.partes.q̄propter erit vnusquisqꝫ duorum arcuū etiā qui sunt super duas lineas.b.k.et.k.t.90.partes:secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.b.k.t.ortogoniū est.360.partes.⁊ vnaquequꝫ duarum linearū que subtenduntur eis:erit.84.partes ⁊.52.minuta:secūdum partes quibus chorda.b.t.est.120.partes. Quapropter erit etiam fm partes q̄bus chorda.b.t.⁊ est a centro orbis reuolutionis est.43.partes ⁊.10.minuta.⁊ linea.a.b.et est linea longitudinis medie:est.60.partes.quoniā in hac longitudine proprie est declinatio orbis reuolutionis maior vnaquaqꝫ duarum linearū.b.k.et.k.t.30.partes ⁊.32.minuta. Et etiam quia angulus.a.b.e.⁊ est angulus declinationis positus:est fm partes quibus q̄tuor anguli recti sunt.360.partes:due partes ⁊ medietas partis.et scdm partes quibꝰ duo anguli recti sunt.360.partes:quinqꝫ ptes:erit etiam arcus qui est super lineam.l.k.qnqꝫ partes:secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.b.l.k.ortogoniū est.360.partes.⁊ erit arcus qui est super lineam.b.l.partes relique ad complendū semicirculum:⁊ sunt.175.partes.duarū igitur linearum que subtendūtur eis:linea quidem.l.k.erit.5.partes et.14.minuta.scdm partes quibus chorda.b.k.est.120.partes.⁊ linea.b.l.earum erit scdm istas partes.119.partes ⁊.53.minuta. Quapropter oportet etiā vt secūdum partes quibus chorda.b.k.est.30.partes ⁊.32.minuta.⁊ linea.a.b.60.ptes:sit linea.k.l.pars vna ⁊.20.minuta.et linea.b.l.30.ptes ⁊.30.minuta.et erit linea.a.l.partes relique:⁊ sunt.19.partes ⁊.30.minuta.⁊ fm istas partes linea.b.k.quia est equalis linee.k.t.est.30.partes ⁊.32.minuta. Oportet ergo propter illud vt aggreget̄ chorda.a.m.scdm istas ptes.42.partes ⁊.27.minuta.ergo fꝫ partes quibus chorda.a.m.est.120.partes:erit linea.l.m.86.partes ⁊.19.minuta.et angulus.l.a.m.⁊ est angulus diminutionis ⁊ augmenti in longitudine.tunc erit scdm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.92.partes.⁊ secūduꝫ partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.46.partes. Et scdm hoc exempluꝫ qr secūdum partes quibus linea.a.m.est.42.partes ⁊.27.minuta.est linea.t.m.quia est equalis linee.k.l.pars vna ⁊.20.minuta. Et quia cum aggregabit̄ quod est ex quadratis earuꝫ:erit ex eo quadratum qd est ex eo q̄drato linee.a.t.erit linea.a.t.etiam in longitudine scdm istas partes.42.partes ⁊.29.minuta.ergo scdm partes quibus chorda.a.t.est.120.ptes:erit linea.t.m.tres partes ⁊.46.minuta.⁊ erit angulus.t.a.m.⁊ est angulus elōgatiōis in latitudine.scdm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:tres partes ⁊.36.minuta.⁊ secūduꝫ partes quibus q̄tuor anguli recti sunt.360.partes:erit pars vna ⁊.48.minuta. Firmabimus ergo illud in tabula tertia tabularum Veneris:in area in qua est numerus.135.partium.

Et vt experiamur qd cadit ex superfluitate ꝓpter augmentum ⁊ diminutionem in longitudine:describam formā similem huic.ita vt orbis reuolutionis sit in ea non decliuis. Et quia iam ostendimus ꝙ vnaquequꝫ linearum duarum.b.k.k.t.est.30.partes ⁊.32.minuta.secundum partes quibus linea.a.b.est.60.partes:ita vt li







nea.a.k.fit partes reliq̄ue: ⁊ sunt.29.partes et.29.minuta. ⁊ ex eo quod est ex quadrato huius linee: ⁊ ex quadrato linee.t.k.quādo aggregant̄: est quadratū quod est ex linea.a.t.erit linea.a.t.etiam in lōgitudine scdm istas partes.42.partes ⁊.26.minuta.ergo secūduz partes quibus chorda.a.t.est.120.partes: erit linea.k.t.86.partes ⁊.21.minutū. ⁊ angulus.t.a.k. ⁊ est angulus augmenti diminutiōis in longitudine: erit secūdū partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.92.partes et tria minuta. ⁊ fz partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes: erit.46.partes ⁊ duo minuta fere. Jam vero fuit ostēsum in declinatione: q̄ eius sūma secūdum istas partes quātitatum est.46.partes. Jam ergo minuit̄ numerus additionis ⁊ diminutionis in longitudine propter declinationem orbis reuolutionis duobus minutis. Et illud est qd̄ intendimus inuenire. Et describam etiā ad declarandos cursus in latitudine stelle Mercurij similē illi forme que est ante istam.ita vt arcus.e.t.ponantur partes ille eedem et sunt.45.partes.ita vt vnaqueq̄ duarum linearū.b.k.et.k.t.aggregetur etiam.84.partes ⁊.52.minuta.secūdum partes quibus chorda.b.t.est.120.partes.scdm partes igitur quibus linea.b.t. ⁊ est a centro orbis reuolutionis: est.22.ptes ⁊ 30.minuta. ⁊ linea.a.b. ⁊ est longitudinis linea in declinatione eius maiore: est.56.ptes et 40.minuta.(nos enim iam demonstrauimus has res omnes etiam:) erit vnaqueq̄ duaruz linearum.b.k.et.k.t.15.partes ⁊.55.minuta. Et etiā quia angulus.a.b.e.et est angulus declinationis: orbis reuolutiōis: secūdum partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.est positus sex partes ⁊.15.minuta.et secūduz ptes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.12.partes ⁊.30.minuta.erit etiam arcus qui est super lineam.l.k.12.partes ⁊.30.minuta: scdm partes quibus circulus qui describitur circa triāgulum.b.k.t.ortogoniū est.360.partes.et erit arcus qui est super lineam.b.l.partes relique cōplementi semicirculi.et illud est.168.partes ⁊.30.minuta.linea igitur.k.l.vna duarum linearū que subtendunt̄ eis erit.13.partes et.4.minuta.scdm partes quibus chorda.b.k.est.120.partes. ⁊ linea.b.l.scdm illas partes erit.119.partes ⁊.17.minuta. Oportet ergo ex eo vt scdm partes quibus ostēsum est q̄ linea.b.k.est.15.partes ⁊.55.minuta.et posita est linea.a.b.56.partes ⁊.40.minuta.fit linea quidē.k.l.pars vna ⁊.44.minuta. ⁊ linea quidē.b.l.secundum illud exemplum.15.ptes ⁊.49.minuta. ⁊ fit linea.a.l.reliqua scdz istas partes.40.ptes ⁊.51.minutum.linea autē.l.m.etiā quia est equalis linee.k.t.est scdm istas partes.15.partes ⁊.55.minuta.ergo quia ex quadrato qd̄ est ex linea.a.l.cū quadrato quod est ex linea.l.m.est quadratum quod est ex linea.a.m.tunc hec linea etiā proueniet nobis in longitudine.43.partes ⁊.50.minuta.scdm partes quibus linea.l.m.est.15.partes et.55.minuta ergo secūdū partes quibus chorda.a.m.est.120.partes: est linea.l.m.43.partes et.34.minuta. ⁊ angulus.l.a.m. ⁊ est angulus augmenti ⁊ diminutionis in longitudine erit secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.42.partes ⁊.34.minuta.et scdm partes quib⁹ quatuor anguli recti sunt.360.partes: erit.21.pars ⁊.17.minuta. Et secūdum illud exēplum quia scdm partes quibus linea.a.m.est.43.partes et.55.minuta: fit linea.t.m.quia est equalis linee.k.l.pars vna ⁊.44.minuta. Et ex duobus quadratis que sunt ex eis quādo aggregantur est quadratū qd̄ est ex linea.a.t.tunc hec linea proueniet nobis in lōgitudine secūdū istas partes.43.partes ⁊.52.minuta.ergo scdm partes quibus linea.a.t.est.120.partes: erit linea.t.m.quatuor ptes et.44.minuta. ⁊ angulus.t.a.m. ⁊ est angulus elōgationis in latitudine: erit scdm partes q̄bus duo anguli recti sunt.360.ptes.4.partes ⁊.32.minuta. Et secūdum partes q̄bus quatuor anguli recti sunt.360.partes: due partes ⁊.16.minuta. Firmabimus ergo illud in tabula tertia tabule stelle Mercurij in illa area eadez in qua est numerus.135.partium. Et illud est cuius intendimus inuentionem.


Et describam etiam causa experiendi numerum additionis et diminutionis in illa forma in qua non est declinatio. Et quia iam ostēsum est q̄ scdm partes q̄bus linea.a.b.est.56.partes et.40.minuta: est vnaqueq̄ duarum linearum.t.k.et.k.b.15.partes ⁊.55.minuta. ⁊ manifestum est q̄ linea.a.l.remanet scdm istas partes.40.ptes et.45.minuta. ⁊ ex quadrato quod est ex ea cū quadrato qd̄ est ex linea.k.t.est quadratum qd̄ est ex linea.a.t.tunc hec linea etiam proueniet nobis in longitudine.43.ptes ⁊.45.minuta.scdm partes quibus linea.t.k.est.15.partes ⁊.55.minuta. Ergo fm partes quibus chorda.a.t.est.120.partes: erit linea quidem.t.k.43.partes ⁊.39.minuta. ⁊ angulus quidē.k.a.t. ⁊ est angulus augmenti ⁊ diminutiōis: erit scdm partes quidem q̄bus duo anguli recti sunt.360.partes.42.partes ⁊.40.minuta. Et secūduz partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes: erit.21.partes et.20.minuta. Jam vero manifestū est nobis in declinatione q̄ eius sūma scdm istas partes est.21.partes et.17.minuta. Jam ergo minuitur hic etiam nūerus additionis ⁊ diminutiōis in longitudine propter declinationez orbis reuolutionis tribus minutis. Et iste sunt res quarum intendimus inuentionē.

In cursibus autē harum duarū stellaruz in latitudine in declinationibus maioribus hoc modo quē narrauimus egimus qd̄ in eis fecimus: propterea q̄ hi cursus sunt in orbe egrediētis centri in ipsa superficie orbis signorum. Quod vero in cur-

sibus stellarum trium fecimus: fecimus intentione forme preter hanc formam propterea ꝙ cum declinationibus maioribus orbium earum egredientium cētrorum conueniūt declinationes maiores orbium reuolutiōis eorum. Et seqtur ex illo vt sint cursus earum in latitudine qui aggregant̄ ex duabus declinationibus sensibiles simul. ¶ Sit itaqꝫ etiā in superficie que ortogonaliter est super superficiem orbis signorum differētia cōmunis inter ipsam ⁊ inter superficiē orbis signorum linea.a.b.et differētia cōmunis inter ipsaꝫ ⁊ inter orbem egrediētis centri linea.a.g. ⁊ differētia cōmunis inter ipsam ⁊ inter orbem reuolutionis linea.d.g. ⁊ ponam vt centrū orbis signorum sit pūctum.a.et centrum orbis reuolutionis sit pūctum.g. ⁊ signabo circa pūctum.g.orbem reuolutionis.d.r.e.b.ita vt sit diametrus.r.g.b.ex lineis que ortogonaliter protrahūtur super lineam.d.e.in supficie orbis egredientis centri. ⁊ fiat equidistans superficiei orbis signorum. Ille aūt relique linee sint equidistantes duabus superficiebus quas diximus simul ⁊ abscindam arcū.e.t.scd̄m illud exēplum: ad hoc vt ipse sit.45.partes. ⁊ protrabam a pūcto.t. ⁊ est locus stelle: perpendicularem.t.k.super lineam.e.g. ⁊ a duobus pūctis.t.et.k.etiam super superficiē orbis signorum duas perpēdiculares.k.b.et.t.l. ⁊ applicabo lineas.b.l.a.l.a.t.et sit nostra intētio vt inueniamus nūerū additionis ⁊ diminutionis in lōgitudie ⁊ est quē compꝛhendit angulus.b.a.l. ⁊ cursum in latitudine ⁊ est angulus quē comprehendit angulus.l.a.t.et producam super lineam.a.g.ēt a puncto.k.perpendicularem.k.m. ⁊ applicabo duas lineas.g.t.et.a.k. ⁊ ponatur etiam propter illud cuius declaratio precessit: vnaqueqꝫ duarū linearuꝫ.g.k.et.k.t.84.partes et.52.minuta: s̄m partes quibus chorda.g.t.est.120.partes. Et quia iam ostensuꝫ est in stella Saturni prius: ꝙ linea que est a centro orbis reuolutiōis est sex ptes et.30.minuta: scd̄m partes quibus lōgitudo media est.60.partes. ⁊ est etiam vnaqueqꝫ duaꝝ linearum.g.k.et.k.t.scd̄m istas partes.4.partes ⁊.36.minuta.secūdum ptes quibus chorda.g.t.est.6.partes et.36.minuta. ⁊ quia angulus.a.g.e. ⁊ est angulus declinationis orbis reuolutionis positus: est scd̄m partes quidē quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.4.partes ⁊.30.minuta. ⁊ secundum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes: est.9.tes.erit etiam arcus qui est super lineam.k.m.9.partes: scd̄m partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.g.k.m.ortogonium est.360.partes. ⁊ arcus qui est super lineam.g.m.est residuum complementi semicirculi.et est.171.partes.linea igitur.k.m.vna duarum linearū que subtenduntur eis: erit.9.partes et.25.minuta.secūdū partes quibus chorda.g.k.est.120.ptes. ⁊ linea.g.m.secūduꝫ istas partes erit.119.partes ⁊.38.minuta. Igitur s̄m partes quibus linea.g.k.est.4.partes ⁊.36.minuta: erit linea quidē.k.m.22.minuta.et linea.g.m.scd̄m illud exēplum.4.partes et.35.minuta.linea autē.a.g.in declinatione maiore in medietate circuli remotiore: ⁊ est linea lōgitudinis in ꝑncipio libre: aggregatur ꝑpter intentionem quā premisimus ⁊ declarauimus in diuersitatibus scd̄m istas partes.62.partes et.10.minuta.remanet igitur linea.a.m.reliqua eius.57.partes ⁊.35.minuta.scd̄ꝫ partes quibus linea.g.k.est.22.minuta. ⁊ propter illud erit linea.a.k.57.partes ⁊.35.minuta.igitur scd̄m ptes quibus chorda.a.k.est.120.partes: erit linea.k.m.46.minuta. ⁊ angulus.k.a.m.44.minuta.scd̄m partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes. Jam vero positus fuit angulus b.a.g. ⁊ est angulus declinationis orbis egredientis cētri: scd̄m partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.2.partes et.30.minuta. ⁊ scd̄m ptes quibus duo anguli recti sunt.360.ptes.5.ptes.ergo angulus.b.a.k.totus est.5.partes ⁊.44.minuta.scd̄m partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.erit igit̄ arcus ēt qui est super lineam.b.k.5.partes ⁊.44.minuta.scd̄m partes quibus circulus qui describitur circa triangulū.a.b.k.ortogonium est.360.partes. ⁊ erit arcus qui est sup lineam.a.b.residuum cōplemēti medietatis circuli: ⁊ est.174.partes et.16.minuta.linea igit̄.b.k.vna duarum linearum que subtenduntur eis erit sex partes et.2.minuta: scd̄m partes quibus chorda.a.k.est.120.partes. ⁊ linea.a.b.vna earum scd̄m istas partes erit.119.ptes ⁊.51.minuta Quapropter scd̄m partes quibus linea.a.k.est.57.partes ⁊.35.minuta: erit linea.b.k.due partes ⁊.53.minuta. ⁊ linea.a.b.scd̄m illud exēplum.57.partes ⁊.31.minuta: et secūdum istas partes fit linea.b.l. ⁊ quia est equalis linee.k.t.4.partes ⁊.36.minuta. Et qꝛ ex quadrato qd̄ est ex linea.a.b.cum quadrato ꝙ est ex linea.b.l.est quadratum ꝙ est ex linea.a.l.prouenit nobis linea hec etiam in longitudie s̄m istas partes.57.partes ⁊.42.minuta. ⁊ secūdum illud exēplum quia linea.l.t.quoniā fuit equalis linee.b.k.fit secūdū istas partes due ptes ⁊.53.minuta.et ex quadrato ꝙ est ex linea.a.l.cū quadrato quod ex linea.l.t.est quadratum ꝙ est ex linea.a.t.tunc hec linea ꝓuenit nobis in lōgitudine scd̄m istas partes.57.partes ⁊.46.minuta. Quapropter s̄m partes quibus chorda.a.t.est.120.ptes.erit linea.t.l.5.partes ⁊.59.minuta.et angulus.t.a.l. ⁊ est angulus elongationis in latitudine secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes est.5.partes ⁊.44.minuta. ⁊ secūduꝫ partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.2.partes et.52.minuta.affirmabimus ergo illud in tabula tertia tabule Saturni corā numero.135.partiuꝫ in arcu eius.in declinatione autēꝫ eius maiore que est in medietate circuli propinquiore quia linea.








a.g.⁊ est linea lõgitudinis ꝓpinquoris in pncipio arietis aggregatur.57.ptes ⁊.40.minuta. scdm partes quibus ostensum est ꝙ linea.k.m.⁊ est.22.minuta. tunc linea.g.m.secũdum illud exẽplum est.4.partes ⁊.35.minuta.et ꝓpter illud fit linea.a.m.reliqua.53.partes ⁊.5.minuta.et ſm istas partes erit chorda.a.k.etiam quia de sũma qua est ipsa maior linea.a.m.non est curãdũ.53.partes et.5.minuta.igitur ſm partes quibus chorda.a.k.ẽ.120.partes erit linea.k.m.50.minuta.et angulus.k.a.m.48.minuta.secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.⁊ secũdum istas vero partes positus est angulus.b.a.g.etiam.5.partes.ergo angulus.b.a.k.totus est.5.partes ⁊.48.minuta.scdm partes quibus duo anguli recti sunt.360.ptes.propter illud ergo erit arcus qui est super lineã.b.k.5.partes ⁊.48.minuta.scdm partes quibus circulus qui describitur circa triangulũ.a.b.k.ortogonium est.360.partes ⁊ erit arcus qui est super lineam.a.b.partes relique ad complendum semicirculũ ⁊ sunt.174.partes ⁊.12.minuta.ergo linea.b.k.vna duarum linearum que subtendunt eis fit.6.partes ⁊.4.minuta.scdꝫ partes quibus chorda.a.l.est.120.partes et linea.a.b.altera earum est.119.partes ⁊.51.minuta.ergo secũdum partes quibus chorda.a.k.est.53.partes ⁊.5.minuta.erit linea.b.k.due partes ⁊.41.mĩuta.⁊ linea.a.l.secũdum hoc exemplum.53.ptes ⁊ minutum vnũ.⁊ quia ex quadrato ꝙ est ex linea.a.b.cum quadrato ꝙ est ex linea.b.l.est quadratum ꝙ est ex linea.a.l.⁊ scdm istas partes est ostensum ꝙ linea.b.l.est.4.partes ⁊.36.minuta.proueniet nobis linea.a.l.etiam in longitudie scdꝫ istas partes.53.partes ⁊.13.minuta.ergo secũdum partes quibus chorda.a.l.est.120.partes erit linea.b.l.10.ptes ⁊.23.minuta.et angulus.b.a.l.⁊ est angulus augmẽti ⁊ diminutionis in longitudine secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.ptes.9.partes ⁊.56.minuta.⁊ secũdũ partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.4.partes et.58.minuta.⁊ etiam quia secũdũ partes quibus linea.a.l.est.53.partes ⁊.13.minuta.fit linea.t.l.etiam quia est equalis linee.k.b.due partes ⁊.41.minuta.⁊ ex duobꝰ quadratis que sunt ex eis quãdo aggregantur est quadratum ꝙ est ex linea.a.t.tunc hec linea etiam proueniet nobis in longitudine secũdum istas partes.53.partes ⁊.17.minuta.ergo scdꝫ partes quibus chorda.a.t.est.120.partes.erit linea.t.l.6.partes ⁊ tria minuta.⁊ angulus.t.a.l.⁊ ẽ angulus elõgatiõis in latitudine ſm ptes q̃bꝰ duo anguli recti sunt.360.ptes.erit.5.ptes ⁊.46.minuta.⁊ ſm ptes q̃bꝰ q̃tuor anguli recti sunt.360.ptes:due ptes ⁊.53.minuta.g̊ firmabimꝰ illud in tabula q̃rta tabule Saturni corã nũero.135.ptiũ in area eius.


Et vt faciamus cõsiderationeꝫ etiã numeroꝝ additionis ⁊ diminutionis:describemus etiam figuram in qua non sit aliquid duaꝝ declinationum. Et quia secũdum ptes quibus linea.a.g.⁊ est lõgitudinis linea:tunc est.57.partes ⁊.40.minuta.iam posita est vnaqueqꝫ duarum linearum.g.k.k.t.4.partes ⁊.36.minuta.⁊ est linea.a.k.reliqua secũdũ istas partes.53.partes et.4.minuta. Et ex quadrato qđ est ex ea cum quadrato qđ est ex linea.k.t.est quadratum quod est ex linea.a.t.prouenit nobis linea.a.t.etiam in longitudine.53.partes ⁊.16.minuta. Quapropter erit etiam ſm partes quibus chorda.a.t.est.120.partes:linea.k.t.10.partes ⁊.22.minuta. Et angulus.t.a.k.⁊ est angulus augmenti ⁊ diminutionis in longitudine:erit scdm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.9.partes ⁊.54.minuta.⁊ secũdũ partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.4.partes ⁊.57.minuta. Jam vero ostẽsum fuit:ꝙ eius sũma ẽt in duabus declinationibus secũdum istas partes.est.4.partes et.58.minuta:iam ergo augetur numerus additionis ⁊ diminutionis ꝓpter duas declinationes simul minuto vno.




Deinceps vero scribemus pͥmum formam in qua sunt due declinatiões que sunt ante istã:comprehẽdentem ꝓportiones que demõstrate sunt in Joue.ita vt secũdum partes quibus linea.g.t.que est a cẽtro orbis reuolutionis:est.11.partes ⁊.30.minuta:sit vnaqueqꝫ duarum linearum.g.k.et.k.t.octo partes ⁊ octo minuta. Et qꝛ angulus.a.g.e.⁊ est angulus declinationis orbis reuolutionis:secũdum partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:est positus due partes ⁊.30.minuta.⁊ scdꝫ partes quibus duo anguli recti sunt.360.ptes:est quinqꝫ partes.erit etiaꝫ arcus qui est super lineam.k.m.quinqꝫ partes:scdm partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.m.g.k.ortogoniũ est.360.partes.⁊ erit arcus qui est super lineã.g.m.partes relique complemẽti semicirculi:⁊ sunt.175.partes.linea igitur.k.m.vna duarum linearum que subtenduntur eis:erit.5.partes et.14.minuta.secũdum ptes quibus chorda.g.k.est.120.partes.⁊ linea.g.m.secũdum istas partes est.119.partes ⁊.53.minuta. Erit ergo ſm illas partes quibus linea.g.k.est octo partes ⁊ octo minuta.et linea.a.g.⁊ est linea lõgitudinis in principio libre:est.62.partes ⁊.30.minuta:linea.k.m.21.minuta.⁊ linea.g.m.secũdum illud exemplum octo partes ⁊ octo minuta.⁊ linea.m.a.reliqua.54.partes ⁊.22.minuta. Chorda igitur.a.l.quia non est maior linea.a.b.nisi secũdum illud de quo non est curãdũ:est etiam ſm istas partes.54 partes et.22.minuta. Ergo secũdum partes quibus linea.a.l.est.120.partes:erit linea.k.m.46.minuta fere.et angulus.k.a.m.44.minuta.secũdũ partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes. Jam vero fuit angulus.b.a.g.⁊ est angulus


declinationis orbis egredientis centri: secũdũ partes quibꝰ quatuor anguli recti sunt. 360. partes: pars vna ⁊. 30. minuta. Et secũdum partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes: tres partes. angulus igitur. b. a. k. totus est tres partes ⁊. 44. minuta. secundum partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes. Quapropter erit arcus qui est super lineaȝ. b. k. tres partes et. 44. minuta. secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum. a. b. k. ortogonium est. 360. partes. ⁊ erit arcus qui est super lineam. a. b. partes relique ad complendum semicirculũ: ⁊ sunt. 176. partes et. 16. minuta. linea igitur. k b. vna duarum linearũ que subtenduntur eis: erit tres partes et. 55. minuta fere. sm partes q̄bus chorda. a. k. est. 120. partes. ⁊ linea. a. b. altera earum scõm istas partes erit. 119. partes et 56. minuta. Quapropter secundum partes quibus linea. a. l. est. 54. partes et. 22. minuta. erit linea. k. b. pars vna ⁊. 46. minuta. ⁊ linea. a. b. scõm illud exẽplum. 54. partes et. 20. minuta: et secũdum istas partes ꝓpter illud cuius precessit declaratio: est linea. b. l. octo partes et octo minuta. Et quia ex duobus quadratis que sunt ex his duabus lineis cuȝ aggregantur: est quadratũ quod est ex linea. a. l. tunc hec linea etiã proueniet nobis in longitudine scõm istas partes. 54. partes et. 56. minuta. Et scõm illud exemplum quia linea. l. t. secũduȝ istas partes est pars vna et. 46. minuta. Et ex duobus quadratis que sunt ex istis duabus lineis quãdo aggregantur: est quadratũ quod est ex linea. a. t. tunc linea. a. t. etiam proueniet nobis in longitudine. 54. partes et. 58. minuta. Erit ergo ꝓpter illud secũdum ptes quibus chorda. a. t. est. 120. partes: linea. l. t. tres partes ⁊. 52. minuta. ⁊ angulus. t. a. l. ⁊ est angulus elongationis in latitudine: secũdũ partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes erit tres partes ⁊. 42. minuta. Et secũdũ partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes: pars vna ⁊. 51. minuta. Firmabimꝰ ergo illud in area tertia tabule stelle Iouis coram nũero. 135. partium. ¶ Et similiter etiam propterea ꝙ linea. a. g. ⁊ est linea longitudinis in pn̄cipio arietis: prouenit. 57. partes et. 30. minuta: secũdum partes quibus ostensuȝ est ꝙ linea. k. m. est. 21. minuta. ⁊ quoniã linea. g. m. secũdum istud exemplum est octo partes ⁊ octo minuta: donec fit linea. a. m. reliqua. scȝ linea. a. k. (quia non est curandum de eo quo augetur super ipsam) secũduȝ istas partes. 49. partes et. 22. minuta. ⁊ propter illud secũduȝ partes quibus chorda. a. k. est. 120. partes: linea. k. m. fit. 51. minuta. Et fit angulus: k. a. m. 49. minuta: secũdum partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes. tunc angulus. b. a. k. totus prouenit sm istas partes tres partes et. 49. minuta. Quapropter erit arcus etiam qui est super lineã. k. b. tres partes ⁊. 49. minuta. secũdũ partes quibus circulus qui describitur circa triangulum. a. b. k. ortogoniũ est. 360. partes. ⁊ erit arcus qui est super lineam. a. b. partes relique ad complendum semicirculũ: ⁊ sunt. 176. partes ⁊. 11. minuta. linea igitur. b. k. vna duarum linearum que subtẽdũtur eis: erit tres partes ⁊. 59. minuta. secũdum partes quibus chorda. a. k. est. 120. partes. ⁊ linea. a. b. altera earuȝ erit secũdũ istas partes. 119. partes ⁊. 56. minuta. Quapropter secũduȝ partes quibus linea. a. k. est. 49. partes et. 22. minuta: erit linea. k. b. pars vna ⁊. 39. minuta. et erit linea. a. b. secũdum illud exẽplum. 49. partes ⁊. 20. minuta. Et propter illud propterea ꝙ linea. b. l. secũduȝ istas partes. est octo partes ⁊ octo minuta. ⁊ quia ex duobus quadratis earum cum coniunguntur: erit quadratum quod est ex linea. a. l. tunc linea. a. l. etiam ꝓueniet nobis in longitudine. 59. partes. quapropter scõm partes quibus chorda a. l. est. 120. partes: erit linea. b. k. 19. partes ⁊. 31. minuta. et angulus. b. a. l. ⁊ est angulus additionis ⁊ diminutionis in longitudine: secũdum partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes: erit. 18. partes ⁊. 44. minuta. ⁊ secũduȝ partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes. 9. partes et. 22. minuta. Et et quia secũdum partes quibus linea. a. l. est. 50. partes: linea. t. l. fit. pars vna et. 39. minuta. ⁊ cum aggregãtur duo quadrata que sunt ex eis. est ex eis quadratum qd̄ est ex linea. a. t. tunc linea. a. t. etiam proueniet nobis in longitudine secũdũ istas partes. 50. partes et duo minuta. ergo secũduȝ partes quibus chorda. a. t. est. 120. partes: erit linea. l. t. tres partes et 57. minuta. ⁊ angulus. t. a. l. ⁊ est angulus elongationis in latitudine: secũdum partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes: tres partes ⁊. 46. minuta. ⁊ secũdum partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes: est pars vna ⁊. 53. minuta. Firmabimus ergo illud etiam in tabula quarta tabule eius coram numero. 135. partium.

ET describemus causa experiendi numerum augmẽti ⁊ diminutionis in longitudine formam vacuã a declinatione. Et quia in hac longitudine nota secũdũ partes quibus vnaqueqȝ duarum linearũ. t. k. et. k. g. est octo partes ⁊ octo minuta: est linea. a. g. tota. 57. partes et. 30. minuta. et linea. a. k. reliqua secũdum istas partes est. 49. partes et. 22. minuta. Et ex quadrato quod est ex hac linea: cuȝ quadrato qd̄ est ex linea. k. t. est quadratum qd̄ est ex linea. a. t. tunc hec linea etiã proueniet nobis in longitudine secũdum istas partes. 50. partes et duo minuta. erit ergo ꝓpter illud secũdum ptes quibus chorda. a. t. est. 120. partes. linea. t. k. 19. partes ⁊. 30. minuta. Et angulus. t. a. k. et est angulus augmenti ⁊ diminutionis in longitudine secũdum partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes: est. 18. partes et. 42. minuta. Et secũdum partes quibꝰ quatuor an-





guli recti sunt.360.ptes est.9.partes ⁊.21.minuta. Jam vero fuit ostēsu ꝙ eius sūma in declinatione secūdum istas partes est.9.partes et.22.minuta.iam ergo addit numer⁹ additionis ⁊ diminutionis in longitudine propter duas declinationes ꝯiunctas minutū vnū tm̄. Et iste sunt res quarum nos intendimus inuentionem.





Einde post illud describemus ad hanc intentionem declarādam in stella Martis:formam in qua sunt due declinationes. Sit itaq3 vnaqueq3 duaꝝ linearu3.g.k.et.k.t.27.partes ⁊.56.minuta:secūdū partes quibus linea.g.t.⁊ est ea que est a centro orbis reuolutionis est.39.partes et.30.minuta. Et qꝛ angulus.a.g.e.⁊ est angulus declinationis orbis reuolutionis:iam fuit nobis secūdum partes quibus quatuoꝛ anguli recti sunt.360.partes:due partes ⁊.15.minuta.et secūdu3 partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.4.partes ⁊.30.minuta.erit etiā arcus qui est super linea3.k.m.4.partes et.30.minuta:secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.g.m.k.oꝛtogoniū est.360.partes. Et erit arcus qui est super lineā.g.m.partes relique ad complendū semicirculum:⁊ sunt.175.partes ⁊.30.minuta. Linea ergo.k.m vna duarum linearum que subtenduntur eis:erit.4.partes et.43.minuta:secūdum partes quibus choꝛda.g.k.est.120.partes.et linea.g.m.altera earum secūdū istas partes erit.119.partes ⁊.54.minuta. Opoꝛtet ergo propter illud:vt secūdu3 partes etiā quibus linea.g.k.est.27.partes et.56.minuta.et linea.a.g.⁊ est linea maioꝛis longitudinis:est.66.partes:sit linea.m.k.pars vna ⁊ sex minuta. Et linea.g.m.secūdum illud exemplū.27.partes et.54.minuta.⁊ linea.a.m.partes relique:⁊ sunt.38.partes et sex minuta. Quapꝛopter erit choꝛda.a.k.etiam.scōm istas partes.38.partes ⁊ septem minuta.ergo secūdu3 partes quibus choꝛda.a.k.ē.120.partes:erit linea.k.m.tres partes ⁊.28.minuta. Et erit angulus.k.a.m.reliquus tres partes ⁊.19.minuta.secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes. Jam vero fuit angulus.b.a.g.et est angulus declinationis oꝛbis egredientis centri:secūdu3 partes quibus quatuoꝛ anguli recti sunt.360.partes:pars vna.et secūdu3 partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:due partes.angulus igitur b.a.k.totus ꝓueniet secūdū istas partes.5.partes ⁊.19.minuta. Opoꝛtet ergo propter illud:vt sit etiam arcus qui est super lineam.k.b.5.partes ⁊.19.minuta.secūdum partes quibus circulus qui describit̄ circa triāgulu3.b.a.k.oꝛtogoniū est.360.partes.et sit arcus qui est super lineam.a.b.partes relique ad complēdum semicirculum:⁊ sunt.174.partes et.41.minuta. Linea igitur.b.k vna duarum linearum que subtenduntur eis:est.5.partes ⁊.34.minuta.secūdu3 partes quib⁹ choꝛda a.k est.120 partes et linea.a.b.altera earum secūdum istas partes est.119.partes et 52.minuta. Opoꝛtet ergo ꝓpter illud etiam vt secūdu3 partes quibus linea.a.l.est.38.partes ⁊ septē minuta:sit linea.k.b.ps vna et.48.minuta.⁊ linea.a b.secūdum istud exemplū.38.partes ⁊.5.minuta.⁊ s̄m istas partes.linea.b l.etiam.est.27.partes ⁊.56.minuta. Et quia ex quadrato quod est ex linea.a.b cum quadrato qđ est ex linea b.l est quadratum quod est ex linea.a.l.tūc hec linea etia3 prouenit nobis in longitudine.47.partes et.14.minuta. Et secūdum illud exemplum quia linea.t.k.secūdum istas partes est pars vna et.46.minuta. Et ex quadrato quod est ex linea.a.l.cum quadrato quod est ex linea l.t est q̄dratum quod est ex linea.a.t.tūc hec linea ꝓueniet nobis in longitudine secūdu3 istas partes.47.ptes ⁊.16.minuta. Opoꝛtet ergo propter illud vt sit secūdū partes qb⁹ choꝛda.a.t.est.120.partes:linea.t.l.4 partes ⁊.30.minuta fere. Et angulus.t.a.l.⁊ est angulus elongationis in latitudine secūdum partes quibus duo anguli recti sunt 360.partes est.4.partes ⁊ 18.minuta. Et secūdum partes quibus quatuoꝛ anguli recti sunt.360.partes due partes ⁊ nouem minuta. Firmabimus ergo illud etiā in area tertia tabule Martis coꝛa3 numero.135.partium. ¶ Et similiter etiam in duabus declinationibus que sunt in minoꝛe lōgitudine ꝓpterea ꝙ linea.a.g.est.54.partes:secūdum partes quibus ostēsum est ꝙ linea.k.m.est pars vna ⁊ sex minuta. Et ꝙ linea.g.m.secūdum istud exēplum est 27.partes ⁊.54.minuta.ita vt linea.a.m.remaneat partes relique:⁊ sunt.26.partes et.6.minuta. ⁊ prouenit choꝛda.a.k.secūdum istas partes.26.partes ⁊.7.minuta. Ergo secūdum partes quib⁹ choꝛda.a.k.est.120 partes erit linea k.m.quinq3 partes ⁊ tria minuta.et angulus.k a.m.erit.4 partes ⁊.59.minuta:secūdum ptes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.⁊ propter illud etiam erit angulus.b.a.l.totus secūdum istas partes sex partes ⁊.49.minuta. Opoꝛtet ergo propter illud:vt sit arcus qui est super lineam.k.b.sex partes et.49.minuta:secundum partes quibus circulus qui describitur circa triangulū.a.b.k.oꝛtogonium est.360.ptes et sit arcus qui est super lineam.a.b.partes relique ad complēdum semicirculū:⁊ sunt.173.partes et.11.minuta. Linea igitur.b.k.vna duarum linearum que subtendūtur eis erit septem partes ⁊.10.minuta.secūdū partes quibus choꝛda.a.l.est.120.partes.⁊ linea.a.b.altera earum secūdum istas partes.119.partes ⁊.47.minuta. Opoꝛtet ergo propter illud vt secūdum partes quibus linea.a.k.est.26.partes ⁊ septem minuta:sit linea.b.k pars vna ⁊.33.minuta.et linea.a.b secūdum istud exemplum.26.partes et.4.minuta. Et secundu3 istas partes etiam fuit linea.b.l.27.partes ⁊.56.minuta. Et quia ex quadrato quod est


ex linea.a.b.cum quadrato quod est ex linea.b.l.est q̄dratum qd̄ est ex linea.a.l.tūc hec linea prouenit nobis in longitudine.38.partes ⁊.12.minuta.ergo secūdum partes quibus chorda.a.l.est.120.partes:erit linea.b.l.87 partes ⁊.45.minuta.Et angulus.b.a.l.⁊ est angulus additionis et diminutionis in longitudine secundum partes q̄bus duo anguli recti sunt.360.partes:erit.94.partes.⁊ secūdum partes q̄bus quatuor anguli recti sunt.360.partes.47.partes.Et secūdum istud exēplum quia secūdū partes quibus linea.a.l.est.38.partes ⁊.12.minuta:fit linea.l.t.etiam pars vna et.33.minuta.et quādo aggregantur duo quadrata que sunt ex istis duabus lineis:est ex eis quadratū quod est ex linea.t.a.tunc hec linea etiam ꝓueniet nobis in longitudine secūdum istas partes.38.partes ⁊.14.minuta. Oportet ergo propter illud vt s̄m partes quibus chorda.t.a.est.120.partes:fit linea.l.t.4.partes ⁊.52.miuta.Et angulus.t.a.l.⁊ est angulus elōgationis in latitudine:secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.4.partes et.40.minuta.⁊ secūduz partes q̄bus quatuor anguli recti sunt.360.partes due partes et.20.minuta.Firmabimus ergo illud etiā in area quarta tabule coram illo numero eodem:qui est.135.partium.

Quod si causa experiēdi numerum additionis ⁊ diminutionis in longitudine descripserim⁹ formam expoliatam a duabus declinationibus;fiet in minore longitudine:⁊ est locus in quo proprie conuenit necessario vt fit superfluitas sensibilis:proportio linee.a.g.ad vnamquāq3 duarum lineaꝝ.g.k.et.k t.proportio.54 partiuz ad.27.partes ⁊.56.minuta.donec propter illud linea.a.k.remaneat partes reliq3 ⁊ sunt.26.partes ⁊.4.minuta.⁊ proueniet chorda.a.t.secūdū istas partes.38.partes ⁊.12.minuta propter illud ergo secūdum partes etiam quibus chorda.a.t.est.120.partes:linea.t.k.fit.87.partes et.45.minuta.Et est angulus.t.a.l.qui est angulus additionis ⁊ diminutionis in longitudine secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.94 partes.et secūdū partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.47.partes.Et quia hec est quātitas que fuit ostensa propter numerationem in duabus declinatiōibus sūme eaꝝ. Non ergo diuersificatur propter declinationes duas duorum orbiū numerus additiōis et diminutionis in stella Martis s̄m aliq̄d omnino:Et illud est cuius intendimus inuētiōez.

In duabus vero remanētibus quartis areis duarum tabulaꝝ stelle Veneris ⁊ stelle Mercurij sunt cursus in latitudine quos comprehēdunt reflexiones maiores duorum orbium reuolutionis earum.he autem reflexiones non reperiūtur nisi in longitudine longiore ⁊ in longitudine propinquiore duorum orbiuz eaꝝ egredientium centrorum.ipse tamē sole s̄m suaz habitudinem vacue sunt a superfluitate que est ꝓpter declinationem duoꝝ orbium earum egredientium centroꝝ: propterea q̄ si nos permisceremus eas cū ea indigeremus in illo tabulis pluribus eis quas posuimus:et esset earum numeratio difficilior:ꝓpterea q̄ cursuum vespertinorum ⁊ cursuum matutinalium nature est:vt non sint equales:⁊ vt nō sint penitus in parte vna eadem orbis signorum.Et cum illo quoniā declinatio duorum orbiū earum egredientium centrorum:ꝓpterea q̄ non remanent secūdum habitudinem vnā superfluitates diminutionis a declinationibus maioribus diuersificant superfluitates diminutionis a reflexionibus maioribus.ꝓpterea igitur q̄ separauimus superfluitatē cum inquisitione cuiusq3 earuz alleuiatur nobis quēadmodum fit comprehensio cuiusq3 earum leuior quēadmodum declarabitur ex ipso quod sequit̄ hunc sermonem.¶Sit itaq3 linea.a.b.g.differētia superficiei cōmunis orbis signoꝝ ⁊ orbis reuolutionis.⁊ ponam vt punctum.a.sit centrum orbis signorum.et pūctuz.b.centrum orbis reuolutionis.et describam super ipsum orbem reuolutionis.g.d.e.r.reflexum a superficie orbis signoruz.ita vt sint linee que protrahūtur in ipso ortogonaliter erecte super differentiam eis cōmunem:⁊ est linea.g.h.⁊ ponam angulos omnes qui sunt sup lineam.g.h.equales.⁊ protraham lineā.a.e.contingētem orbem reuolutionis et lineaz.a.r.d.secantem ipsum quocūq3 modo contingat.⁊ producā a pūctis.d.et.e.et.r.sup lineā.b.g.perpendiculares.d.t.et.e.k.et.r.l.⁊ super superficiē orbis signorum perpēdiculares.d.m.et e.n.et r.f.⁊ applicabo lineas.t.m.et.k.n.et.l.f.et etiam lineam.n.a.⁊ lineam.a.f.m.linea igitur.a.f.m.est recta propterea q̄ tria puncta.a.et.f.et.m.sunt in duabus superficieb⁹:⁊ sunt super sectionem duarum superficierū.sc3 superficiei orbis signorum ⁊ superficiei que trāsit per lineam.a.r.d.ortogonaliter erectam super superficiē orbis signoꝝ.manifestum igit̄ est q̄ in hac declinatione narrata:illud quod cōprehendit additiones ⁊ diminutiones in lōgitudine harum duarū stellaruz:et est angulus.t.a.m.et angulus.k.a.n.⁊ in latitudine quidem angulus.d.a.m.⁊ angulus.e.a.n.Oportet ergo iam vt ostendam primum:q̄ angulus.e.a.n.⁊ est angul⁹ cursus in latitudine:qui est apud contactum:est maior angulis omnib⁹. Et similiter additionis ⁊ diminutionis in lōgitudine est angulus.k.a.e.maior his angulis omnibus.ꝓportio igitur linee.k.e.ad lineam.a.e.est maior ꝓportione cuiusq3 duarū linearum d.t.et.l.r.ad vnāquāq3 duarum linearum.r.a.et.d.a.sed proportio linee.k.e.ad lineaz.e.n.est sicut proportio linee.d.t.ad lineam.d.m.et sicut proportio linee.l.r.ad lineaz.r.f.et illud est quia isti trianguli qui sunt hoc modo omnes sunt similes seu equalium angulorū








quēadmodū diximus: ⁊ anguli qui sunt apud punctum.m.et.n.et.f.sunt recti.ergo ꝓportio linee.n.e.ad lineā.e.a.est maior ꝓportione cuiusqꝫ duarum linearum.m.d.et.f.r ad vnāquamqꝫ duarum linearum.d.a.et.r.a. Anguli vero.d.m.a.et.e.n.a.et.r.f.a.etiam sunt recti.ergo angulus.e.a.n.est maior angulo.d.a.m.⁊ est manifestum ꝙ ipse est maior angulis omnib⁹ qui sunt secūdum hunc modum. ⁊ manifestum est etiam euicino ꝙ superfluitatibus que sunt additionū ⁊ diminutionum in lōgitudine ꝓpter reflexiones: maior est superfluitas que cadit apud cursus maiores qui sunt apud punctum.e.et illud est quoniā ipsos comprehendūt anguli qui subtēduntur superfluitati inter lineas.t.d.et.k.e.et.l.r.⁊ inter lineas.t.m.et.k.n.et.l.f.Et propterea ꝙ fuit ꝓportio cuiusqꝫ harū linearū ad illud quo superfluit proportio ipsa: vna ⁊ eadem tunc iam sequtur ex eo: vt sit proportio superfluitatis inter duas lineas.e.k.et.k.n.ad lineam.e.a.maior ꝓportione superfluitatis inter omnes duas lineas reliquarum linearum oppositarū istis duabus ad lineas oppositas siue relatas linee.a.d.Et manifestum est ex illo etiam: ꝙ proportio maioris que est additionis ⁊ diminutionis in longitudine ad maiorem que est cursuum in latitudine: est ꝓportio que est in sectionibus orbis reuolutionis omnibus additionum ⁊ diminutionū in longitudine.scilicet in vnaquaqꝫ sectione earū ad cursus in latitudine: propterea ꝙ proportio linee.k.e.ad lineam.e.n.est sicut proportio linearum oppositarū duabus lineis.l.r.et.d.t.omnium ad lineas oppositas duabus lineis.r.f.et.d.m.Et iste sunt res quas voluimus ostendere.


ET quia iam precessit simplex ostēsio harum rerum: cōsideremus igitur primum quāte quātitatis sit angulus in vnaquaqꝫ duarum stellarum quē facit reflexio orbis reuolutionis. Postqꝫ fecerimus secūdum ꝙ premisimus ⁊ perduxerimus ipsum in ꝑncipio vt vnaqueqꝫ earū in longitudine sua plurimum qd̄ declinat in septētrionem aut meridiem secūdū duos cursus oppositos eis in orbe reuolutionis sue: sit longitudo media inter maiorem que est longitudinum ⁊ inter minorem que est longitudinum eius: et est quinqꝫ partes. ꝓpterea ꝙ stella Ueneris videtur separari in longitudine longiore ⁊ propinquiore lōgitudine orbis egredientis centri plus ⁊ minus quinqꝫ partibus: secūdum id de quo non est curādum.et in stella Mercurij plus ⁊ minus quinqꝫ partibus quasi medietate partis. ¶ Itaqꝫ sit etiam differētia cōmunis orbis signorū ⁊ orbis reuolutionis linea.a.b.g.⁊ describam circa pūctum.b.orbem reuolutionis.g.d.e.reflexum a superficie orbis signorū secūdum modum quē narrauimus.et producatur a puncto.a.⁊ est centrum orbis signorum linea contingēs orbē reuolutionis: ⁊ sit linea.a.d.et protrahaꝫ a pūcto.d.super lineam.g.e.perpendicularē.d.r.⁊ super superficiem orbis signorum perpēdicularē.d.h.⁊ applicentur linee.b.d.et.r.h.et.a.h.⁊ ponam vt angulus.d.a.h.cōprehendat medietatem elongationis narrate in latitudine in vnaquaqꝫ duarum stellarum et est due partes ⁊ medietas partis: scd̄m partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes. Sitqꝫ nostra intētio vt inueniamus quātitatē reflexionis cuiusqꝫ duorū orbiū reuolutionis.scꝫ quātitatē anguli.d.r.h. In stella igitur Ueneris quoniā secūdum partes quibus linea que est a centro orbis reuolutionis est.43.partes ⁊.10.minuta: longitudo maior est.61.partes ⁊.15.minuta.et longitudo minor est.58.partes ⁊.45.minuta.Et quod est inter has duas etiā fit.60.partes.tūc proportio linee.a.b.ad lineā.b.d.est sicut ꝓportio.60.partium ad.43.partes ⁊.10.minuta.Et quia quadratum qd̄ est ex linea.b.d.cū minuitur ex quadrato quod est ex linea.a.b.ꝓuenit quadratum qd̄ est ex linea.a.d.tūc hec linea ꝓuenit nobis in longitudine secūdum istas partes.41.partes et.40.minuta.Et scd̄m hoc exemplum quia proportio linee.b.a.ad lineam.a.d.est sicut proportio linee.b.d.ad lineam.d.r.tunc linea.d.r.etiam prouenit nobis scd̄m has partes.29.partes et.58.minuta.Et etiam qr angulus.d.a.h.positus est secūdum partes quibus q̄tuor anguli recti sunt.360.partes due partes ⁊.30.minuta.Et secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes: quinqꝫ partes.erit etiam arcus qui est super lineā.d.h.quinqꝫ partes: secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.a.h.ortogonium est.360.partes.et erit eius chorda que est linea.d.h.quinqꝫ partes ⁊.14.minuta: s̄m partes quibus chorda.a.d.est.120.partes.igitur secūdum partes quib⁹ linea.a.d.est.41.ptes et.40.minuta: erit linea.d.h.ēt pars vna ⁊.50.minuta.Sed secūdum istas partes est ostēsum ꝙ linea.d.r.est.29.partes ⁊ 58.minuta.Quapropter scd̄m partes quibus chorda.d.r.est.120.partes: erit linea.d.h.7.partes et.20.minuta.⁊ angulus.d.r.h.et est angulus reflexiōis: secūdum partes q̄bus duo anguli recti sunt.360.partes.7.ptes ⁊ secūdum partes quidē quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes tres partes ⁊ medietas partis.sitqꝫ augmentū anguli.d.a.r.super angulum.h.a.r.comprehendens superfluitatē que est additionis ⁊ diminutionis in longitudine. Jam ergo oportet vt numeremus hāc superfluitatem etiā leuiter: propter illud quod progreditur ex quātitatibus eius.Et illud est quoniā propterea ꝙ iam ostēsum est: ꝙ secūdum partes quib⁹ linea.d.h.est pars vna ⁊.50.minuta et chorda.a.d.41.partes et.40.minuta.⁊ linea.r.d secūdum illud exēplum est.29.partes ⁊.58.minuta.Et cum quadratū qd̄ est ex linea.d.h.minuitur ex quadrato qd̄ est ex vnaquaqꝫ duarū linearum.a.d.et.d.r.est




